Dico quod deus ossa creauit vt sint sustētaculum totius corporis. corp° enim si solutum carniforme fuisset sui superflua molitie non fuisset aptū ad motū quoniā omnis motus in fixo fundat fixum autem preter ossa non fuisset. ibi creauit autē ossa plura et nō vnū: qm etiā corp° fuisset immobile sine duritie continuata quare necessarie fuerunt iuncture in qbus diuersa ossa iungunt vt corpus sicut appetit: partem et non partem mouere possit. decurrunt aūt frequēter ad iuncturas humores superflui propter motum earū attrahentem aut debilitatē etiā quos cetera mēbra mandant qd dolorum maxima sunt causa quorū curam nūc dicemus. Dicemus aūt pmū que circa tales dolores in vniuersali cōueniunt. ¶ Consequenter autem circa dolores proprios descendemus. ¶ Gal. autem laudat in principio doloris iuncturarum quicunque locus sit inunctionem factā ex aliquo oleorum frigidorum contritorum vsque ad spissitudinē i mortario plumbeo cū pistello plumbeo sicut est oleū ros. vel myrtinum vel citoniorum et similium. Manifestum autē est q sermo suus est in causa calida. ¶ Ad dolores autem omnes arteticos dixerunt esse valde bonum oleū de laureola superinunctum. ¶ Et Gal. dixit in .7. quod oleum decoctionis squille scdz omnem modum administrationis confert iuuamento magno in egritudinibus iuncturarum. ¶ Et iterum dixit q euforbium sumptum fm omnem modum administrationis eius est medicina magna doloribus nodorum qui vadunt et veniunt per iuncturas quod experti sumus. ¶ Oleum etiam de andacocha est vehementer laudatum cū dolor a ventositate existit et proprie timore attritionis. Et dixi Aui. etiam quod eo solo sanati sunt multi. ¶ Concordati sunt omnes quod hermodactilus ap propetate q est i ipo cōferat i dolorib° iūcturarum. ¶ Ad oēs aūt frigidos iūcturarum dolores iūctio fcā cū teipsa affert iuuamētū magnū si fiat iūctio vt .i. dicet ca. de podagra. ¶ Ad h aūt al vulpinū cōfert infictū: et ēt decoctio facta ex vulpe si balneū inde fiat. Aui. autē dixit fiat balneū post purgationē corpis ne humores trahāt ad iūcturas et in balneo fiat mora. Et kirādus dixit si vulpis viua et coqt i oleo vetustissio et cū cepis eā dic qm ad hoc te capio. ¶ Cōfert etiā fm ipz sessio facta i iure leporis: nā ei° opatio est ɔtria ɔtuti vulpis. propetatē aūt ɔferēdi hz i olb° eis cinis ossium hois mortui: et gal. dixit q dcē in potu. ¶ Ad oēs aūt eos antiqs qn ad superficiem trahere volumus sinapis mixta cum caricis superponatur. ¶ Dicit autem quod semē raffani est valde bonū et expellit pulsationē que est i eis. ¶ Et

Oleū de laureola. Oleū de squilla. Hermoda. Tapsia. Oleū vulpinum. Cinis ossiū ho. mor. Sinapis. Semē raffani.

Kirandus dixit in hoc casu esse validū remediū confectionē eius scriptam supra cap. de fluxu materierū ad oculos ¶ Et dixit tollat mustella que inuenitur mortua & coquat donec dissoluat et cū cera que sufficit & oleo fiat vnguentum hec est magna medicina ad areticos et omnē passionē neruorum & flegmones pedū & articulorū & oēm reumatismū: sanat etiā scrophulas magnas & vlcera & testiculos. Et iterū q adeps pulorū vulturis cū adipe porcino mixt⁹ iuuat areticos tremulatos & īfrigidatos & podagricos & stomaticos & paliticos ¶ Radix etiā altee cū adipe anseris confert. ¶ Ad oēs aūt dolores mēbrorum neruosorū succus marubij cū melle iunctus est optim⁹. ¶ Cōfert aūt eisdē ois vrina & maxime vrina capraꝝ. ¶ Assa ēt bibita cū aqua granatorū confert sicut infra dicet de attritiōib⁹ lacertorꝝ. ¶ Ad oēs aūt inflationes neruorū & articulorū vitellū oui crudi cū lana impositum est vltimū. ¶ Et silr eodē modo valet ad tumores & oīa loca percussa. ¶ Ad omnē quoq dolorē & tumorē neruorū fiat cataplasma ex secūda specie arthemisie q vocat tegetes & vulgariter matricaria trita cū oleo nā mirifice sanat. ¶ Ad hoc aūt & idē folia plantaginis minoris cū sale sunt optima. ¶ Ad dolores autem oim ossiū & claudorū & assidratorū fiat auxiliū de testudine dictū supra cap. de paralepsi. ¶ Oēs aūt dolores mēbrorū ex frigore: betonica trita & imposita mire sanat. ¶ Dolores aūt omnes neruorū tollit centaurea minor & bibita & emplastrata. ¶ Laxationes aūt oēs membrorū folia vitis nigre cataplasma mire medent. ¶ Sedat autē dolores dorsi factos a ventositate inunctio facta ex adipe asini & maxime siluestris quando cū oleo costino more emplastri supponitur. ¶ Ad eundē aūt confert maiorana qualitercūq administrata. ¶ Dolorē etiā dorsi tollit decoctio spargi bibita. ¶ Dixerūt etiā q roba disrumpit ventositates īpedientes in dorso. ¶ Eūdē aūt tollit cerotū factū cū sucudo: qd aūt sit sucud⁹ dictū est supra capitulo de prouocatione mēstruorū. ¶ Et dixit Rasis q sepū vrsi ꝯfert ventositati flegmatis crudi & dolori dorsi. ¶ Pillule ad idē. ℞. aloes agarici ante. ʒ. j. s. seminis harmel. i. cicute. ʒ. ij. colloquintide. ʒ. ij s. salisindi turbit aā. ʒ. j. cōficiant pillule cum aqua porri. Dosis est a. ʒ. j. vsq ad. ʒ. ij. conferunt etiā in dolore renum ¶ Ad oēs autem iuncturarū durities armoniacū illas approprietate dissoluit. ¶ Confert oleū bibitū cū alijs medicinis & cū alijs medicinis mixtū: & emplastratū cū pice & melle idē facit. ¶ Et dixit Gal. & oēs qui sequuti sunt eū teratur case⁹ vet⁹ cū oleo aut cū aqua decoctionis pedū porcorū salitorū & fiat super duritieb⁹ & nodositatib⁹ emplastrū nā illas rumpit & extrahit ab eis quod est simile gipso sine impedimēto et est valde magni iuuamenti. ¶ Cōfert autē eisdē duritieb⁹ stercꝰ caprarū & proprie mixtū cū aceto aut cū farina ordei & est hoc ex expertis & maxime in corporib⁹ duris. ¶ Ad oīa aūt apata iuncturarū confert emplm & limatijs & proprie podagre. ¶ Ex exptis aūt nostris est granū regū qn teritur & cū iure galli dat confert etiam sic datū colice. ¶ Et iterū pillule de sarcocolla q sunt. ℞. sarcocolle. ʒ. iij. turbit. ʒ. iiij. coloquintide interioris. ʒ. j. s. zinzi. tātūdē salisgēme. ʒ. j. dissoluat sarcocolla in aqua rosā. & cōficiant pillule. Dosis est. a. ʒ. s. vsq ad. ʒ j. s. sunt enī mirabiles in casu isto educēdo materias grossas a iuncturis anche & a pulmone. ¶ Pillule autē nr̄e ad dolorē arteticū. ℞. hermodactiloꝝ: turbit: agarici aā. ʒ. iiij. cassie lignee: nardi gariofi. xilobalsami: carpobalsami: macis: galange: zinzi: masticis: asse: maratri: anisi: saxifragie: brusci: spargi: rosā. milij solis: salisgēme aā. ʒ. ij. aloes ad pon. oim scamonee. ʒ. j. cōficiantur cū succo yne vel feniculi si nō habet succū yne loco ei⁹ ponat de puluere ei⁹ sumatur ex eis oi hebdomada vt sustinet virtus patientis. ¶ Ad hāc intentionē etiā sunt pillule q non valētes surgere incedere faciūt & ābulare. ℞. aloes. ʒ. j. scamonee quartā. ʒ. rosā. rub. cōtritarū sextā. ʒ. j. hermodactiloꝝ. ʒ. s. & fiāt pillule. & sunt vna dosis magna & proprie cōferūt in podagricis. ¶ Puluis noster q quis vtitur preseruat a dolore iuncturarū & tollit dolorem si adest. ℞. carui: anisi ameos: apij: feniculi: sileris mōtani: basiliconis: floris genestre: milij solis petrosilij ante an. ʒ. j. s. pulegij: calamenti: piperis lon. salisgēme ante gra. x. nucis musc. cubebe: macis: zedoarie: ligni aloes: cardamomi: masticis: myrrhe: centrūgalli: balsamite: squinanti: sal

Mustella mortua. · Adeps pulli vulturis. · Radix altee · Succus marubij. · Urina. · Assa. · Uitellū oui crudum. · Matricaria · Plā. minor. · Betonica. · cētaurea minor. · Uitis nigra · Adeps asini siluc. · Maiorana. · Spargi. · Roba. · Sepū vrsi. · Pillule. · ¶ Ad iuncturarū duritiē · Armoniacū · Stercus caprarum. · Limatie. · Granū regū · D. pillulaꝝ de sarcolla. · Pillule nr̄e. · Pillule alie · Pul. noster.

nie:camedreos:camepitheos ante auf. ʒ.5.folij leuistici:liqritie mundate:gariofi.cinnamomi:mirabo.citrinoꝝ sine ossibus galãge:croci zinzi.spice ro.maiorane añ.ʒ.5.valeriane:gariofilate eupatorij:menthe añ.auf.5.turbit albi et bñ granosi ꝛ mũdati.ʒ.j.hermodactilorũ.ʒ.5.zucchari ad pōdus omniũ fiat puluis.Dos.mane in matutinis cum modica aqua calida vel vino.¶Confectio nr̃a ad idẽ.℞.camedreos:camepitheos:radicis aristolo.gẽtiane:fu:meu dauci:petrosilij:foliorũ cucurbite:rubee tintoꝝ:assari:sauine:ameos omniũ añ.partẽ.j.seminis endiuie:semis plãtaginis añ.partes.ij.radicis liqritie partes.iij.seminũ cõmuniũ mũdatoꝝ passularũ enucleatarum añ.medietas oim zucchari duodecuplũ oim fit confectio.Dos.mane a.ʒ.j.vsqꝫ ad.ʒ.ij.cum modico vini subtilis.¶Pillule nostre. ℞.aloes partes.x.masticis:spice:cassie cinnamomi:assari:añ partẽ.5.mirabola citri.ꝛ chebu.ante.partes.ij.5.bdelij partẽ.j.fiãt pillule cũ glutino dragãti sicut cicer.Dos.a.ʒ.5.vsqꝫ ad.ix.¶Oleũ Sal.qđ est vltimũ ad arteticos ꝛ eo vsi sumꝰ.℞.costi carpobalsami:corticum cassie lignee oim ante.ʒ.xxx.calami aromatici buzcharã credo ꝙ sit testiculus vulpis abiengi.i.iusquiami albi oim añ.ʒ.xx.macropiperis.ʒ.viij.cordumeni:zinzi.stafisagrie oim añ.ʒ.vj.ciperi ʒ.ix.radicis squinãti:yreos:amboꝝ añ ʒ.xij.blacte bisantie:folioꝝ myrti:foliorũ sansuci oim añ.ʒ.x.terant ola cõtritione grossa ꝛ infundant in vino boni odoris ita vt cooperiant ab eo die ꝛ nocte ꝛ ponant postea in olla ꝛ addat ei aqua quãtũ fuit vinũ ꝛ ex oleo sisamio ꝛ oleo lentiscino ex vnoquoqꝫ ausat al aulsat.x.deinde accẽde sub olla ignez spacio.viij.horarum deinde amoue ab igne ꝛ pmitte infrigidari ꝛ infũde oleũ ab aqua deinde accipe ꝑpter secundaz decoctionẽ assari:spice:amomi omniũ añ.ʒ.v.folij.ʒ.vj.myrrhe.ʒ.j.terantur ola ꝛ infundant in vino die ꝛ nocte deinde pone ea in ollã deinde infunde sup ea oleũ primũ sitqꝫ olla ĩ qua decoquis ea vice prima secũda ꝛ tertia olla lapida in qua ponant medicine:ꝛ oleũ ꝛ accipe ollã magnã ꝛ fũde ĩ ea aquã deinde pone ollã in q̃ sunt medicine:ꝛ oleũ in cõcauo eiꝰ ꝛ accẽde sub eis lẽtũ ignẽ donec coquant medicine:ꝛ oleuz ꝑ calorẽ aq̃ tunc remoueant ab igne ꝛ coquant iterũ tertio:ꝛ accipe gariofi.blacte bisãtie:nucis musca.oim añ.ʒ.iiij.bdelij.ʒ.iij.mellis:storacis:calamite añ.ʒ.xxx.olei bacani.ʒ.5.terant medicine sicce ꝛ infundant in vino die ꝛ nocte deinde cola eas in ollã ꝛ funde sup eas oleũ tertiũ ꝛ coque iterũ vt dictũ est in duplici vase deinde cola oleũ ꝛ repone ꝛ vsui:tertium est.n.vltimũ ꝛ sic ex eo bibat soluit naturã ꝛ extrahit humorẽ crudũ ꝛ cõfert colice ꝛ egritudinibꝰ visceꝝ.Ad dissoluendũ autẽ durities iũcturaꝝ fit fomẽtũ hoc.℞.radicũ altee fenugreci foliorũ malue radicũ vlmi coquant ola sufficienter in aq̃ ꝛ cũ ipsa tepida locꝰ diutius fomentet postea sup locuz ponat hoc vnguẽtũ.℞.fecis olei de yreos:fecis olei de semine lini:mucilaginis:fenugreci:pinguedinis anatis:medulle cruris vituli:olei de radice cucumeris asinini:pinguedinis galline nigre:armoniaci omniũ añ.dissoluat armoniacũ cum aliquo oleorũ ꝛꝰ cum cera que sufficit fiat vnguentum.

Cõfectio nostra. — Pillule nr̃e. — Oleũ Sal. — Fomentum — Unguentũ.

¶Glose.

a ¶Ut si sumat in forma pul.ꝑparati cum mastice in quãtitate.ʒ.j.vel.5.ad minus cũ ouo sor.vel in forma pillularum ꝛ melius in casu.
b ¶Plures curati sunt nõ valẽtes se regere cũ olei trifolij ꝛ q̃dã curatꝰ est cõtractꝰ in genu cũ trifolio hoc mõ faciẽdo suffumigia loco cõtracto cũ.d.trifolij ꝛ silr faciẽdo sacculos ꝛ ẽplastrões.
c ¶Oleũ de andacocha fit de coquẽdo cũ vino ꝛ oleo vsqꝫ ad cõsumptionẽ vini:sed trifoliũ debet esse maturum.

¶Additiones.

¶Cõtra vitiũ podagre ꝛ artetice.℞.picẽ grecã pulueriza subtilissĩe ꝛ det ante cibũ coclear.5.mane ꝛ sero cuz vino al. in introitu mẽse preseruat enim a predicta passione ꝛ expertum est.
¶Herba yue si pistet ꝛ cũ vitello oui incorporet ꝛ fiat in modũ fritele ꝛ l mane comedat in ieiunio ꝑseruat a poda.et ol dolore iuncturarũ vti etiã puluere eius in cibis idem operatur.
¶Cõfectio laxatiua purgãs a iũcturis ℞.turbit boni granosi.ʒ.ij.hermod.ʒ.j.diagredij.ʒ.ij.amig.dul.ʒʒ.añ.ʒ.iij.fiat ꝯfectio cũ li.j.zuc.ꝑuat.n.ꝛ curat
¶Mirabile ẽt remediũ ĩ passionibꝰ iuncturaꝝ a muliere habitũ ꝛ fit in quonis loco vbi iũcture exeũt.Accipiat gallina

bona quattuor ānorum plena obsinthio et coquatur trib⁹ situlis aquę ad duarū ptiū cōsumptionē et ex hoc fiat stuffa oī die bis quousque sit liberatus semper versus inferiora fricando.

Cap. 2. De dolore scie.

Licet pprie appellātes dicamus dolorē scie ēē q̄ i ancha incipit et per coxā et crus descendit usque ad pedes in modum virge. Cōiter tn̄ dolorē oēm q̄ est in ancha sciaticū vocam⁹ dolorem de cui⁹ cura nūc intēdim⁹. Voluerūt aūt veteres q radix celidonie cū aq̄ bibita maximū pstat effectū. Dixerunt ēt q succ⁹ paucedani cum aceto et oleo ros. mixt⁹ sit psidiū. Ad idē ēt dixerunt ℞. amomi: picis dure añ. misceant et supponāt. Sterc⁹ capraꝝ siue silvestriū siue domesticaꝝ cū assungia mixtum et suppositū est psidiū singulare et marie si cauterizet locus dolēs cū eo adusto et tādiu teneat sup loco donec ei⁹ effectus sentiat in coxa. Cartham⁹ autē ipositus cū aceto et polēta est ultimū q̄d in hoc est aūt polēta et sauic ordei idem. Radix etiā gladioli optie curat illum. Facit quoque et semē capparis bibitum usque ad. ʒ. ij. cū vino mirifice pdest. Gyrādus dixit q sterc⁹ leporis cū vino bibitū calo sciaticos olo dolores desperatos sanat. Et dixerūt q pluis fact⁹ ex flore et fructu sil' hipericon bibitus. xl. al' quatuor dieb⁹ illū dolorē sanat. silr ei⁹ folia bibita cū hydromelle. Sed volūt q q̄ assumūt hāc medicinā bibant post ipsam sursos aliquos aq̄ frigide q experti sum⁹. Succ⁹ ēt fruct⁹ coloquintide viridis suplinit⁹ iuuat valde. Et succ⁹ capparis clysterizat⁹ multū pfert. Si aūt superponat pulegij emplastrū et pprie mōtani eū adurit et mltū pfert. Sterc⁹ aūt vacaꝝ calefactū i folijs et applicatū iuuat iuuamēto magno. Et nos q̄dē sepissime sum⁹ experti nō solū hic: sz i oī dolore iūcturaꝝ et mirabilr opat: admiscem⁹ aūt sibi oleum ros. si materia calida vt sm q passio indicat. Cōfert aūt eidē et dolori dorsi si ex decoctiōe spargi bibat. Si ēt semp fiat clystere ex decoctiōe piscium salitoꝝ pfert valde. Decoctio q̄ꝫ abrotani in antiquā sciaticā pfert. Et nos q̄dem habem⁹ secretū Sal. ad sciaticā. ℞. hermodactiloꝝ turbit granosi buzirb. et ē testicul⁹ vulpis sene seminis carthami medulle seminis citri: pulpe coloquintide añ. ʒ. j. terant cribellent et pficiant cū butyro et melle et sumant et est ex Sale potio vna sz est nimis magna. Ad idē aūt facim⁹ clystere cū decoctione seminis nasturtij. nā ipm educit san. et valde pfert. Et pillule etiā de sarcocolla scripte in pcedēti cap. sūt i h̄ q̄si ex approbatis euacuātib⁹ et maxime exptis.

Cap. 3. De dolore coxaꝝ et genuum.

Dixerūt autores medicine q succ⁹ affodilloꝝ cū oleo mixtus et coxis iunct⁹ dolorē tollit. Radix autem arthemisie scđe specie q̄ tegetes vocat et multi eā matricariā vocāt vulgariter. trita cū assungia et aceto i triduū sanat. Si aūt scissure pp sudore fierēt vn̄ dolor accideret cinis solarū calciamētoꝝ veterū fractoꝝ mirabiliter sanat q sepi⁹ sum expt⁹ q idem facit silr circa nates. Dolorē aūt coxaꝝ q̄ fit in cordis eaꝝ et est sicut cōtractiu⁹ curaui optime cū hoc vnguēto. ℞. mucilaginis: fenugreci: seminis lini añ. cū modico succi aneti et succi cauliū et oleo violato et cera q̄ suffic̄ fiat vnguētū. Ad dolores aūt genuū et diuturnū tumorē iponat sterc⁹ capre cū farina ordei et prisca et mira celeritate sanat q expt⁹ sum. Gal. aūt dixit in quarto tractatu hūc sermonem loquēs de stercore caprino. Ego igit i hnte i genu cronicū tumorē difficile solubilē vsus sū eo p ozacarū cataplasmari iubēs ordeaceā farinā imixto stercori et mirabiliter adiut⁹ est hō et postea subdit: qz in oīb⁹ similibus ptib⁹ et similib⁹ vsus est eo silr et multiformiter profuit. Ego aūt vs⁹ sū hijs pillulis in dolore genu et mirabiliter cōtulerūt et parū sunt solutiue. ℞. bdellij: serapini: semis apij: aristol. rotū. myrrhe: croci: cimini: ameos ana. ʒ. j. acori: sinapis: macropiperis. ʒʒ. añ. ʒ. ij. fumi terre. ʒ. iiij. aloes. ʒ. xx. penidioꝝ. ʒ. xl. fiant pillule et cū penidijs cōficiantur. Dos. ʒ. ij. vl' circa. Pillule etiā scripte supra cap. primo huius tractat⁹ q̄ cōferūt ad dolorē dorsi sunt vtiles in hoc casu. Apostema autē genu sedant folia scotani sedatione manifesta trita et more empl'i supposita. Requirant aūt ad hūc locū ea q̄ supradicta sunt cap. de cura doloꝝ iuncturaꝝ in vniuersali.

Cap. 4. De dolore pedū et tumore.

Radix celidonie. Paucedanū. Stercus caprarum. Cartham⁹. Gladiolus. Capparis. Sterc⁹ leporis. Hipericon. Coloquintida. Pulegium. Sterc⁹ vace. Spargi. Pisces saliti. Abrotanum. Secretum Sal.

Clystere. Pillule de sarcocol. Fodillus. Artemisia. Cinis solarum calciamētorum. Unguētum. Pillule. Scotanū et est cipus.



[Succ' asso.] Et scriptū est quidē q̄ succ' affodillorū cū oleo de amigdalis inunct' pedib' dolorē ipsorum tollit ꝛ hoc exptus sum q̄ miro modo ꝛ cito efficit. ¶ Dixerūt q̄ radix secunde speciei
[Matricaria] arthemesie q̄ dicitur tegetes vel matricaria comesta cū melle tā cito sanat vt vix credi possit eā tm̄ habere virtutem.
[Ambrotiana.] ¶ Ad dolorē podagricū folia ābrotiane sunt singulare presidiū ꝛ est athemisia.
[Elitropion.] ¶ Folia aūt chotropiō al' elitropiō ꝛ est herba rabiosa siccat apposita maxime prestat effectū. Et dr̄ etiā ista herba verucaria eo q̄ verucas extinguit. ¶ Ad idē autē cū est a cā calida lac mu-
[Rasura cucurbite.] lieris cū miconio .i. pauere ꝛ cera maximū prestat effectū. ¶ Rasura quoq̄ cucurbite ꝛ marie corticis viridis cū pane
[Tapsia.] mixta ꝛ supposita valde confert. ¶ Ad podagrā succus tapsie. nā ipsa tapsia cū olibano ꝛ cera ān. mixta ꝛ supposita magnū pstat auxiliū: s; ātequ ponat' ꝛ post cū eleuat': locus est cum aqua calida rorandus ꝛ lauandus: ꝛ min' etiā
[Acetum.] duab' horis dimittat' sup locū. ¶ Acetū aūt cū pauco furfure mixtū ꝛ tepidū superpositū ꝯfert. ¶ Et dixerūt q̄ decoctio saluie ꝛ ipsa folia fomenta conferunt.
[Saluia.] ¶ Non dubito q̄ in cā cal'a decoctio raparū: ꝛ etiā ipsa rapa fomentata cocta
[Rapa.] cōfert. ¶ Coquat' etiā radix semperuiue cū radice arnoglose ꝛ emplastret' ꝛ confert: verū dico q̄ si cā sit cal'a. ¶ Si autē loc' pri' inungat' cū melle: deīde supaspgat' puluis seminis nasturtij triti: antiquū dolorē podagre subito tollit. ¶ Flos aūt lapidis asie cū farina fabarū ēpla-
[Lapis asi'.] strat' multū cōfert. ¶ Sterc' aūt vacar̄
[Stercus vaccarum.] emplastrat' multū ꝯfert. ¶ Sterc' aūt vaccar̄ calefactū ī folijs ꝛ calidū applicatū iuuat iuuamēto magno ꝛ manifesto: s; de h̄ ḡrat' c. j. hui' tractat'. ¶ Si
[Opium.] aūt opiū dissoluat' cū vitello oui ꝛ marie
[Hermodactili.] cū lacte ꝛ applicet' statim dolorē tollit hoc est in cā cal'a. ¶ Si aūt fiat empl'm ex hermodactilis statim dolorē sedat. Et de eo dixit Auic. cū ex eo fiat empl'm idurat apata: ꝛ in naturā lapideā ꝯuertit. Et est ꝯferēs tyriaca oīb' doloib' iūcturar̄ ꝛ pprie in horis fluxuum. ¶ Et dixit ēt q̄ ꝓprietas salis armōiaci ē cō-
[Sal armo.] ferre. ¶ Fiat aūt ēpl'z ex farina ordei cū citonijs ꝛ aceto ꝛ ꝯfert: ꝛ phibet ēt fluxū humorū ad iūcturas q̄ sp̄ putile sū expert' in cā cal'a. ¶ Ad hoc autē capl'm

oleū ꝯfricatiōis plūbi de q̄ scriptū est supra vlt capl'o de doloib' istis. imo q̄ ibi dicta sunt huiusmōi cōgrue adducant'
¶ Et dixerunt quidā tollātur rane flu- [Rane flu.]
uiales ꝛ euiscerētur ꝛ excorientur ꝛ no- [infra.]
nies cū aqua dulci lauent': deinde ponātur in olla limpida ꝛ cooperiant' oleo: ꝛ dimitte coq̄re vsq̄ ad pfectā dissolutionē substātie: ꝛ tūc cola oleū illud p pannū rarum: ꝛ exprime cū manibus fortiter carnes ranarū: tūc sine infridari ꝛ coagulari: ꝛ line loca cōfert eni multū. Et
dixerūt q̄ inūctū vlcerib' cancrosis mi- [Pes dexter]
re opat'. ¶ Et dixit Amech ꝛ secū cōcor- [testudinis.]
dat Rasis si accipis pede dxtrū testudīs ꝛ strīgas ī pāno ꝛ ponis sup pedez dextrū podagrici ꝯfert ei: ꝛ sīr sinistrū sini-
stro: ꝛ idē est de manib'. ¶ Et dixit kirā- [Unguentū.]
dus. R. sels psilij. ℥. iiij. extrahe mucilaginem cum duabus cotulis aque deinde adde cere. ℥. iij. olei. ℥. vj. fiat vnguētu;: ē eni diuinū vnguētū podagricis: ꝛ
ad lapidosas ꝛ isensatas carnes Est āt [Quid coti-]
cotila. ℥. ix. ¶ Et iterū dixit accipe rana; [la.]
viuētem in noīe patientis podagram. ita q̄ sol nec luna sit sr̄ terrā ꝛ cū forfice abscinde ei' duos pedes posteriores ꝛ liga ī pelle ceruina ꝛ dextu; dextro liga pedi: ꝛ sinistrū sinistro: ꝛ dicit Conos
autoritate q̄ dietāt' per tres dies: ꝛ hoc [Urina]
idem affirmat Rasis. ¶ Et dixit q̄ si q̄s [Muli.]
occulte ceperit vrinam muli ꝛ coxerit cū cera oculo ꝛ litargirio ꝛ emplastrauerit pedē podagrici: homo quidez sanus fiet. Pes aūt muli dolorez habebit
Idem aūt in pede mulieris. Idez de vri- [San. lepoꝛ]
na mule fiet. ¶ Et iterum dixit: sanguis [Pes lepoꝛis]
lepoꝛis podagricis inunctus perfecte sanat pedes: ¶ Et dixit etiā pedes lepoꝛis viuentis circunsuspensi in nomine patientis valent ꝛ sanantur oēs poda-
grici ꝛ aretici: sed pedē dextrū ad pedez [Coꝛn' viu'.]
dextrū suspēdē ꝛ sinistrū ad sinistrū. ¶ Et iterum dixit si coꝛnus viuus capiat' ꝛ p lx. dies alias. xl. sepeliat' in sterquilino equino: deinde cōburatur ꝛ cum aceto misceat' podagricos pfecte sanat. ¶ Et di-
xet stercus ciconie cataplasmatu; cum [Sterc' cico-]
iusq̄ano vel assungia poꝛcina sola ī fo- [nie.]
lijs lactuce siluestr; podragricis ꝯfert. ¶ Et dixit Rasis qn̄ sepū cap cū stercore capꝛar̄ ꝛ croco pōit' sup podagrā dissol-
uit doloꝛ. ¶ Et iter̄ Ras. l. x. trac. almā. [Unguētum]
posuit h̄ vnguētū qd̄ est vtile in resoluē- [Ras.]
do reliq̄as apostematū calidoꝛū. Et est vt cū cera dissoluta in oleo de lilio ad-

misceantur mucilagines fenugreci ꝛ seminis lini. Ego vero dico ꝙ confert in cā frigida: ꝛ cū vsus suꝫ in cā calida ad nuscum cū oleo ros. ſm necessitatē ꝛ ineni perutile. ¶ Ego vo expt⁹ sum i cā frigida: vt tollanꝫ aceti li. iiij. stiptitū aleorū lib. j. salis lib. s. coquanꝫ vsqꝫ ad medietatē ꝛ fomenteꝫ loc⁹ ꝛ est hoc valde perutile. ¶ Et scim⁹ ꝙ pillule scripte. s. caplo. j. hui⁹ tractat⁹ q̄ faciūt iacētē in lecto ambulare cōferūt. ¶ Pillule quas ex secretis Gal. accepim⁹ q̄ conferūt podagre ꝛ oibus dolorib⁹ arteticis. ℞. mirabo chebuloꝝ indoꝝ: zinzibe. corticū cucumeris asinini: buzaraā co loquintide interioris: salis indi: hermodactilorū aloes: sucotrini oim an. ʒ. j. serapini ʒ. ij. teranꝫ cribellenꝫ ꝛ ꝯficiatur cū aq̄ folioꝝ alchechingi ꝛ cū aqua albuzaran ꝛ fiant pillule sicut piper ꝛ bibūtur sepe ex eis cū aqua calida a. ʒ. j. vsqꝫ ad ʒ. iij. ¶ Aliud secretū qd est meli⁹ ꝛ tuti⁹ primo. ℞. hermodactili albi ꝛ recētis. ʒ j. ossiū vetustoꝝ: lentiū excorticatarū: turbit: seneoim ante. ʒ. s. zinzib. ʒ. s. terantur ꝛ cribellenꝫ: ꝛ ex hoc puluere detur oi die vsqꝫ ad. ʒ. iiij. cū aqua calida ¶ Pillule quas in cā calida iueni mirabiles. ℞. aloes sucotrini tertiā partem ʒ. j. mirabo. citrinoꝝ. ʒ. j. als. ʒ. ij. scamonee sextā partē. ʒ. esule quintā partē. ʒ. masticis sextā partē. ʒ. fiant pillule cuꝫ succo citonioꝝ vel alio succo stiptico ꝛ sunt apud me due doses ꝛ mire operāꝫ ¶ Fomētū nostrū ad pedes stercoꝛis vacini alꝝ extremitatū sumitatū rubi gallarū cipressi ꝛ folioꝝ ei⁹ coquantur in aqua coctione pfecta ꝛ fomētenꝫ pedes ¶ Cū aūt tumor in pedib⁹ remanet. ℞. cineris ostrachoꝝ: cuscute: cineris spōgie: coquanꝫ in vino pōtico modico aq̄ permixto ꝛ pedes inde lauentur semper pmissa suffumigatione facta ex aceto piecto super lapides molares calidos.

Margin notes: Pillule. — Pro zedoaria exponiꝫ. — Puluis. — Pillule optime i cā cali. — Fomentum

¶ Additio.

¶ Suffumigium factum ex decoctione graminis similiter emplastratio cū eo ꝛ sacellatio aufert tumores in coxis et pedibus: vt dixit fidelis se fuisse expertū Ferrarie.

¶ Cap. 5. De excoriationibus ꝛ scisuris que fiunt in pedibus: cruribus: ꝛ manibus a quacunqꝫ causa fiant.



Scribemus nunc de excoriationibus ꝛ scisuris q̄ fiūt in pedib⁹ vnū sciētes ꝙ quecūqꝫ illas sanāt ꝛ a quacunqꝫ causa fiant scisuris possunt manuū adaptari: ea pter circa ea nec factū est nec fiet capitulū propriū. ¶ Excoriationes ergo q̄ fiūt pter calciamēta sanat pulmo agni vel vrsi qn̄ calidi applicanꝫ ꝛ nō sinunt ea apostemari. Pulmo aūt arietis easdē sanat ab eadē cā factas qn̄ proprie in calcaneo fiunt. Easdē aūt ab eadē cā factas sanat cinis solearū calciamentoꝝ antiquoꝝ ipositꝰ: aut etiā si pter sudorē fiāt. Sanat etiā idē cinis attritiōes q̄ pter calciamēta fiūt. ¶ Et Rirādus dixit ꝙ stercus galine recens inūctū easdē sanat. ¶ Si autē pter frig⁹ scisure fiāt adeps vrsi est optim⁹ eis. ¶ Et Ras. dixit ꝙ cancri marini triti positi supra scisuras existētes in mēbris illis: illas cōstringūt: ꝛ si plurib⁹ dieb⁹ ponanꝫ plurimū vꝫ circa hoc. Idē facit cinis ei⁹ mixt⁹ cuꝫ melle cū sunt pter frig⁹ ꝛ etiā si sint in natibus. ¶ Cōfert etiā eisdē ꝛ ab eadē cā factis cinis vngule asini emplastratus ꝛ similiter epatis ei⁹ cū oleo mixt⁹ ꝛ suppositus. ¶ Idē quoqꝫ facit oleū bullitū in cōcaua radice affodilloꝝ aut radice arthaniteꝛ est panis porcinus ꝛ super iūctū illas sanat. ¶ Silr autē ꝛ sisamū comestū ꝛ suppositū illis cōfert. Et idē inunctio facta ex oleo ei⁹ vt sum⁹ experti. ¶ Sanat ꝛ rugas ēt fex pastilli q̄ infra scribitur sermone de decoratione. ca. j. ¶ Aufert etiā illas decoctio raparū cū pes teneꝫ in ea: illas. n. curat. Et idē facit rapa cocta ꝛ supēplata vel supposita. ¶ Inūctio qꝫ facta ex oleo rosa. bullito i cōcauata rapa cū cera sanat illas ēt si vlcerate existāt. ¶ Aqua ēt marina cal'a applicata illas sanat: ſꝫ hoc anqꝫ vlceanꝫ. ¶ Cinis aūt cācroꝝ fluuialiuꝫ supposit⁹ illas sanat. ¶ Ego qdē dico ꝙ vnguētū nostrū putile scisuris labioꝝ scriptū supra caplo de scisuris labioꝝ miro mō sanat cito in manib⁹: ꝛ eas ēt lenificat nō dubito etiā quin: ꝛ hoc pariter agat i pedib⁹. ¶ Sꝫ ad huiusmodi scisuras ꝛ excoriatiōes q̄ fiūt pter frig⁹ pprie i calcaneis habeo aliā experientiam perutilem vt tollatur mus ꝛ scindatur per ventrem: ꝛ loco calidus applicetur ꝛ teneatur per noctem. ¶ Et experti sumus: ꝛ i his que fiunt in ma=

Margin notes: pulmo agni vrsi ꝛ arietis. — Cinis solearum ꝛc. — Sterc⁹ galle — ¶ Ad scisuras ex frigore. — Adeps vrsi. — Cācri marini. — Cinis vngule et epatis asini. — Sisamum. — Decoctio rape. — Aqua marina. — Cinis can. flu. — Mus.

nibus ꝛ pedibꝰ ꝓpter frigus vt tollant renes ꝛ coquant̃ ĩ aqua marina: ꝛ ex ea tepida pedes: ꝛ manus lauent̃. ¶ Et scimus ꝙ sandaraca: ꝛ est vernix dissoluta in oleo rosato: ꝛ inuncta sanat easdē ꝛ loco eius in hoc casu ponit̃ karabe: sꝫ ponit̃ ex eo plus pars tertia. ¶ Idē aũt operat̃ sene dissolutũ similiter ĩ oleo rosa. applicatũ. ¶ Si quoq̃ orobus coquatur ĩ aqua ꝛ ex ea fiat ablutio illas sanat. ¶ Experti aũt sumus ad scisuras cruriũ qđ sumat̃ radix vitꝭ albe: aut eiꝰ summitas terant̃ cũ sale ꝛ supponantur. ¶ Pater aũt ĩ talibꝰ scisurꝭ ꝛ excoriationibꝰ q̃ fiũt in cruribꝰ vtebat̃ purgatiōe cōi q̃ fit ex pillulis de quinq̃ generibus aut cũ hac. ℞. seri caprini. ℥. v. ĩfundāt in eo mirabo. citrinoꝝ. ℥. ſ. fumiterre: epithimi añ. ℥. ſ. dimittant̃ ꝑ noctē post ea diligēter manibꝰ ꝯfricent ꝛ colent̃ et colatura sumat̃. ¶ Purgato autē corpe ablutio fiat ĩ loco ꝛ est. ℞. capil. vene. vngule caballine: barbe yrcine: extremitatū rubi lapatij añ. coquant̃ ꝛ ex eis fiat ablutio. ¶ Ad idē cũ vlceratio nō ē ĩ loco. ℞. tutie climei: argēti: plũbi vsti olũ añ. terāt̃ subtilissime: ꝛ cũ oleo rosa. misce. ꝛ sup laminā plũbeā cũ pistello plũbeo tādiu fricet̃ ꝗusq̃ ad spissitudinē mellis ꝑueniat: vngat̃ locꝰ ex eo cũ pēna. ¶ Sꝫ si vlceratio sit ĩ loco. p̄lo q̄dem supaspergat̃ pulūis hmōi. ℞. stercoris pueri bene nutriti ꝛ exiccati: pars vna: pulue. cucurbite sicce: succi liquiritie añ. partē. ſ. s. fiat pulūis q̄ supaspergat̃ facta inunctiōe cũ p̄dicto vnguēto. Et si aliqua sorditiei esset in loco aliq̄d zucchari addat̃ in puluere. ¶ Epithima ad idē cũ est vlceratio. ℞. lane succide cōbuste: ypoq̄stidos: succi lactuce: albuminis oui: añ. partē vnā si et memithe partē tertiā: olei rosa: ꝛ mirtini. q. s. ad mollificationē ĩposito modico vini granatoꝝ sꝫ ĩstra ĩfinita ponent̃ cũ de vlceribus erit sermo q̄ p̄cipua ꝛ ꝑoptima erũt in hoc casu tā simplicia q̄ cōposita ꝛ q̄ ꝑutilia sunt in hoc casu: ꝛ ea expertus inueni vtilia q̄re de his reqrat̃ ibi. ¶ De porris aũt callis ꝛ verucis q̄ fiũt in manibus ꝛ pedibꝰ dicemus si deus voluerit in sermone de decoratiōe. magis eñ videt̃ materia illa esse locus ĩpoꝝ. Sit ergo laudes infinite ei a quo omne bonũ ꝛ omne ꝑfectũ donũ existit qui mihi gratiā ꝑficiendi hunc sermonē primuꝫ concessit. Laus deo.

Sādaraca.

Sene.

Orobus.

Uitis alba.

¶ Sermo secũdus operis principalis est de dispositionibus febriũ ꝛ continet duos tractatus.

¶ Tractatus primus secũdi sermonis est de feb. ꝛ quibusdā accidentibꝰ earũ ꝛ continet capitula quinq̃.

¶ Capl'm primũ ꝓhemiale.



Iustitia prima que sui bonitate disposuit singulis ſm meritũ ꝛ exigentiā sue nature qđ de ꝑfectione merent̃ seipsaꝫ manifestat in corpe animal vnũ mēbroꝝ principale ꝯstituens qđ distribuat ꝛ dispēsat calorē naturalē ꝛ spiritus ceteris mēbris q̄bus ꝯstēt ſm eorũ exigentiā ꝛ naturā: tale autē mēbrũ est cor aut ꝙ loco cordis existit in animalibus corde carētibus ea ꝓpt cor est sicut rex in regno qui in medio regni existēs ꝓuidet singulis partibus regni de his que ad earũ bonā existentiā cōueniũt: sicut igit̃ cũ rex deficit ĩ se ipso aut ꝓpter exercitũ sibi supueniētē ꝛ totũ regnũ cōmunicat in defectu non aũt oportet ꝙ si pars regni d̄ficit ꝙ ob hoc ipse rex deficiat: sed pōt rex illũ supplere defectũ: sicut ꝛ corde deficiēte tāq̄ rege in regno suo ꝓpt̃ euentũ egritudinis alicuius ꝛ defectꝰ ꝛ egritudo cōmunicat̃ ad totũ q̄ si sit multꝰ: ꝛ mors subsequat̃ cuꝫ de ratione principij sit alijs subuenire ꝛ nō ab alijs subueniri si vero nō supfluat nimiũ pōt a seipso reparari si defectꝰ sit tantus aut cũ auxilio medicine: quare cũ cor qđ est principiũ ꝛ fons caloris ĩnati ꝛ in seipo ꝛ etiā diffusiuũ totũ: nullũ aũt alioꝝ mēbroꝛuꝫ sit tale: oportet ꝙ inflamatiōe cadēte ĩ eo vt totũ corpus ĩflamet̃ ꝙ de inflamatione alicuius alterius mēbri nō cōtingit. hic igit̃ ē ꝙ febris sit calor extraneꝰ in toto existēs ab ĩflāmatiōe illius mēbri accidit q̄ illā pōt cōicare ad totuꝫ et nō alterꝰ. hoc aũt est cor ꝛ postea dicimus ꝙ febris ē ꝓpria passio cordis ꝛ ꝙ ꝑmũ subiectũ feb. ē cor: cũ igit̃ tres pticule sint in corde p̄ncipalissime q̄bꝰ cōstat sub̃a. s. caro cordis. hũores q̄ sunt ĩ corde: ꝛ spũs ꝛ tres erũt p̄ncipalissime

Auer. 2. sui colliget. ca. 9. in fine.

differentie febrium: aut em̄ caliditas pre ternaturā existēns in corde primū accē ditur in solida cordis substātia: aut in carne ꝛ ibi erit sicut in radice ꝛ in minera ꝛ in facto esse ita ꝙ nec dici poterit ꝙ cordis substātia sit calefacta ꝛ exinde calitas transibit ad hūores ꝛ spūs qui inde calefiant neqꝫ calefacti erunt in facto esse: ꝛ est sicut gen⁹ feb. qđ đr ethica aut calidū ꝑternā primū erit accensum ꝛ in facto esse in humorib⁹ cordis: ꝛ exinde trāsibit ad alia duo. ita ꝙ illa duo calefient: hūores aūt calefacti erunt: ꝛ tūc est sm̄ gen⁹ qđ đr putrida: aut illa caliditas ꝑter naturā erit in spū: vt in minera ꝛ facto eē sicut dictū est de aliis ꝛ tūc est tertiū gen⁹ qđ dicit̄ ephimera De hijs autē febribus valde modicū ad nos spectat dicere: tāta em̄ est copia librorum in quib⁹ eorū materia recte ꝛ diffuse tractat̄ ꝛ tant⁹ est earum continuus curent⁹ vt in ipsis sic continuum exercitiū medici: vt valde sit imbecillis medicus qui in sanatiuis contingat errare in cura ꝛ nō effugiat a mortalib⁹ se non impediendo de eis iuxta ꝑceptū Galeni. Morituri solis pnosticis sunt dimittendi: ꝛ sic ab eis fugiendi. Et nisi forent qdā extranea ꝑ quosdā autores narrata ꝛ etiā aliqua secreta ꝛ expta q̄ apud nos sunt in aliquib⁹ earū ꝑfecto hunc sermonē exclusissemus ab opere. De effimera autē nihil dicā qm̄ ipa facilis curationis existit inter oēs vt stolidus sit medicus q̄ vt in pluribus eadē die non sanat ꝙ si eius cognitio sit difficilis: dictū est quidē antea ꝙ nō est presentis operis egritudines per signa docere cognoscere. Dicem⁹ ergo de putridis aliqđ ꝛ primo de dispositionib⁹ que antecedunt illas.

Excusat se de terminatiōe de effimeris

Capit. 2. de dispositionibus q̄ febres putridas antecedunt.

Duplex est dispositio q̄ antecedit febres putridas laxitudo corporis ꝛ rigor qui in interpolatis febrib⁹ accidit. siquidē laxitudo antecedat feb. ꝑ tp̄s sub hoc sermone nō cadit: sed vbi de cōseruanda sanitate tractat̄ ꝛ sic ꝑcesserūt oēs medici naturales autores. Si vero feb. sit cōfirmata tūc ꝓpria ꝛ cōis ꝛ vsitata cura febrū laxitudinalis inenit̄. Sꝫ ex ꝓpriis qdē q̄ magis cōferūt oī alia medicina est camomilla Et dixit Aui. qm̄ caliditas ei⁹ est similis caliditati aialis cū in aqua modicū dico feruet ꝛ post fricationē multā extremitatū in decoctione ei⁹ aliquātulū calida extrema ponāt̄ cui⁹ ēt suffumigiū in febricāte dolorē capitis alleniat vt sepissime sū expt⁹. Suffumigatio facta febricāti cū vsnee multū cōfert laxitudini. Et vnguēta ēt cōia in quib⁹ ingredit̄ vsnee multū cōfert. Ad tollen. aūt rigores interpolatarꝫ reubarbarum bibitus inunctū est singulare ꝑsidium. Et sic serapinū bibitū ꝛ inunctum. Succ⁹ aūt centinodie. i. corizole ante horā accessionis sūpt⁹ ꝑ vnā horā ꝯfert valde. Si aūt det̄ parū oppoponacis añ accessionē cū vino aut melicrato illū tollit. Et Rirāđ dixit si vinctis muris caudā ꝛ pedes ꝛ nares ꝛ aures abscideris ꝛ in pāno ligaueris ꝛ ad collū suspenderis oēm tipū ꝛ rigorē etiam febriū antiquarū eijcit. Terrat̄ etiā parū florū ꝛ sumitatū obrotani ꝛ misceat̄ cū oleo ꝛ ex eo fiat inunctio añ horā accessionis ꝛ cōfert valde. Coquat̄ etiā calamētū i oleo ꝛ ꝓprie mōtanū ꝛ ante accessionem si corp⁹ ea inungitur rigor tollitur vt dixit Gal. Et hec alia cōia q̄ inuenim⁹ in libris cōtinue experimur sicut sunt inunctiones q̄ fiūt in oleo nardino ꝛ costino vel castoreo ꝛ sic de aliis puto aūt tuti⁹ ꝑ extra approximata rigorē tollere ꝙ per intra sumpta.

Camomilla

Usnee.

Ad rigores

Reubarbarum.

Serapinū.

Succus cētinodie.

Oppoponax.

Extremitates muris.

Abrotanū.

Calamentū

Cap. 3. De eradicatione febris difficilis eradicationis seu separationis.

Simul nūc dicem⁹ q̄ ꝯferūt febrib⁹ difficilis separationis sꝫ postea ꝑticulariter de q̄tidiana ꝛ q̄rtana. hee em̄ sunt sole q̄ difficulter separātur. Et dixerūt autores ꝙ nigella appropriatate ꝯfert vtrisqꝫ. Et ꝙ ēt aqua et semen cuscute valde sit vtile. Et dixit Dyas. ꝙ si in quartana tollāt̄ quatuor radices plantaginis ꝛ tres in terciana ꝛ coquant̄ cū quatuor ciatis aque: vini aūt cū trib⁹ ꝛ comedant̄ ꝛ bibāt̄ tollit febres tertianas ꝛ quartanas qn̄qꝫ: sed non sꝫ verū inuenim⁹. Et Auic. dixit ꝙ debēt esse quatuor. ℥. vini cōmixti. Et flos ꝑsici qdā dixit impleat̄ vas sigulū florib⁹ ꝑsici ꝛ obturet̄ bñ os ꝛ sinat̄ macerari sub terra ꝛ postea exprime oleū qđ egredit̄

Nigella.

Cuscute.

Radix plan.

Ad laxitudines.

si ergo patientis inungant pulsus & tempora dicto oleo ante accessionem febris omnes febres putridas sanant. ¶ Ego autem dico quod circa eas ambas habeo experientiam pulchram & est. ℞. passularum enucleatarum fumiterre: bedeguar: eupatorii: sticados: radicis apii: corticum radicum feniculi radicum squinanti capilliveneris. anisi: masticis: lupuli: ana. coquantur perfecte & de hac coctione sumat omni mane usque ad. ℥. iiii. post multos vero dies decoctionem facio solutivam cum mirabolanis citrinis kebulis. indis vel ana. partem. i. cum aliis. Sed in quartana plus de indis appono in quotidiana vero plus de chebulis. & aliquando appono additionem reubarbari vel agarici aliter addo reubarbarum vel agaricum sicut dispositio indicat & inveni mirum. ¶ Et dixit mihi fidelis socius & prudens in arte quod si coquatur herba que dicitur daneta in vino & detur ex eo omni mane ciatus unus patienti mire sedat febres difficulter separabiles.

Exptum in quartana et amphimerina.

Daneta.

¶ Cap. iiii. De febre quartana et quotidiana simul.



Volo primo dicere de quartana que scripserunt antiqui deinde propria nostra propter quod magis fecimus hunc sermonem. ¶ Et dyascoridem quidem dixit de quartana coquantur radices spargi in duplici vase & bibat patiens. vii. diebus de hac decoctione & balbaneet sepe & caveat ab aqua frigida. nam mirum est qualiter sedat quartana. & ego aliquando sum expertus. ¶ Iterum dixit etiam quod succus plantaginis minoris si cum mulsa detur duabus horis ante accessionem quartanario: miraberis effectum eius & pro certo expertus sum quod confert. ¶ Et dixit etiam quod si quatuor semina elitropion que dicitur herba rabiosa & verrucaria bibatur a quartanario ante accessionem cum vino maximum sunt remedium. ¶ Et dixit Amech si induat mulier vestimentum viri dum fetum parit deinde induat ipsum post ipsam postque abluat ipsum recedet ab eo febris quartana. ¶ Et dixit etiam si accipiatur cor serpentis dum vivit & suspendatur super quartanarium eradicat. ¶ Si etiam spolium serpentis dum vivit super ipsum suspendatur idem facit. ¶ Et dixi dentes olim serpentum quando eradicantur dum vivit & suspenduntur super quartanarium tollunt ab eo quartanam. ¶ Et si ambo oculi si ligentur in panno lini & suspendantur super adiutorium sinistrum removent febrem quartanam. ¶ Idem autem facit secundum eum & erica auris sinistre canis suspensa super ipsum & dixit immo omni febri non modice confert. ¶ Et dixit Kirandus si cor leporis ligetur in panno bisino & ligetur ad collum: quartanarios perfecte sanat. ¶ Et iterum dixit quod epar delphini assum & esum quartanam & tertianam summe sanat & omnem typum. ¶ Et Rasis dixit quod si suspenderis araneam albam capientem muscas & ligaveris in panno lineo cum aliquo ceroto & liniatur super pannum & applicetur fronti valet tertianario. Et dixit quod ipsa viva in canna posita & suspensa musculo brachii valet contra febrem. Et si teratur in panno lineo cum manu sinistra sumpta & suspendatur brachio sinistro cui insubet quotidianarum valet. ¶ Et dixit tella aranea super collum posita curat tertianam & quartanam & similiter bibita cum vino puro per unam horam ante accessionem. Ego autem dico experientia propria quod si semen hipericon contundatur & cum vino detur in potu quartanario ante accessionem multum confert. ¶ Cum nectare autem nostro solo quod supra scriptum est capitulo de melancolia iam multos sanavi dans ex eo bibere ciatum unum mane in ieiuno. ¶ Sirupus mirabilis quo omnes sano. ℞. apii: feniculi: petrosilii: spargi brusci ana. ℨ. i. lingue cervine. ℨ. ii. camedros: camepitheos: ana. ℨ. i. carvi: ameos: capparis ana ℥. s. cuscute. ℥. iii. rosarum. sandalorum ana. ℥. ii succi boraginis lib. s. zucchari quod sufficit fiat sirupus de quo sumat omni mane usque ad. viii. dies. postea si qua digestio in urina apparet flobothoma patientem de utraque salvatella manus & est vena que est inter digitum parvum & annularem et sinatur sanguis egredi secundum virtutem. ¶ Sirupus communis quem pater composuit. ℞. radicum spargi: apii brusci: petrosilii: lingue cervine: capilliveneris. endivie: camepitheos: boraginis: buglossi. lupuli ante. ℨ. s. pas. ros. liquiritie violarum ana. ℥. s. ciperi: spice: squinanti: feniculi: anisi cassie ana. ℥. ii. mastic. ℥. s. epithimi: polipodii ana. ℥. s. reubar. ℥. ii. s. cum zucchari lib. ii. & modico aceti fiat sirupus. ¶ Et a magistro meo magistro Antonio de parma qui multa experimenta sciebat hoc habui quod si bibatur ante accessionem quartane per duas horas vel tres ex succo eupatorii usque ad. ℥. iiii. cum modico vini subtilis sanat quartanam sit autem eupatorium illud quod vere est eupatorium & non illud quo communi

Radix spargi.

Succus plan. minoris.

Semen elitropion.

Cor: spolium: dentes: oculi. Serpentis.

erica auri sinistre canis

Cor leporis

epar delphini.

Aranea al. &c.

tella aranea

Semen hipericon.

Sirupus noster.

Sirupus paternus.

Succus eupatorii.

Sir. ali⁹ paternus.

ter vtunk medici. ¶ Sirupus ali⁹ quez cōposuit filio suo minori fratri nostro cui⁹ q̄rtana erat a flegmate frigido melancolico per viā cōgelationis. ℞. radicum spargi brusci: feniculi: melisse ꝛ radicū ei⁹ epithimi: camedreos: boraginꝫ passularū: polipodij an̄. ℥. s. ifundank oia in lib. v. boni vini calefacti p diem ꝛ noctē deinde ferueant feruore vno deinde colek vinum ab eis cui addatur mellis dispumati boni lib. j. ꝛ coquak lento igne vsq ad spissitudinez sicut iulep: ꝛ tunc clarificetur ꝛ dum feruet clarificationis gr̄a in fine in petia rara iste species ponank ꝛ dimittank ibidem ꝯtinuo ℞. cinamomi: cassie: spice: cuscute: cipi: seminis peonie: piperis lon. masticis: liquiritie assaru: costi: corticū radicum capparis: seminis apij: an̄. ʒ. j. seminis anisi. ʒ. ij. Dosis ab. ℥. j. vsq ad. ℥. ij. cū tantūdē aq̄ zucchari. ¶ Secretum q̄d a Sal. suscepimus q̄d nō soluz q̄rtane: ſꝫ oi frigiditati stomaci: ꝛ corruptioni ꝛ malitie appetitus: ꝛ debilitati renū cō fert. ℞. vini antiq̄ boni odoris lib. iij. mellis lib. j. ʒʒ. ʒ. x. heil cardamomi an̄ danic. j. s. terank ꝛ misceank cū supradictis ꝛ fiat sirupus. Dosis coclear. j. cū aqua frigida. Circa quotidianā autez vtimur frequēter trociscis sumptis ex secretis Sal. ꝛ sunt hij qui dantur quādo materia est digesta. ℞. spodij: eupatorij: seminis cuscute: seminis endiuie berberis an̄. ʒ. iiij. xiloal. dragaganti anisi absinthij doronici an̄. ʒ. j. terank ꝛ cribellentur cum aqua cal. al' clara ꝛ fiant inde trocisci quoꝝ vnus sit. ʒ. ij. ꝛ bibantur cum sirupo acetoso. vij. dieb⁹ ꝛ eradicabitur febris.

Sal. secretū

Trocisci.

¶ Additio.

¶ Quedaz matrona fuerat habēs quotidianā p mensem ꝛ quidā medicus docuit ipsam ꝙ in prin. frigoris acciperet de milio solis cū vino vel aq̄ ꝛ fecit ter ꝛ nō habuit post nisi ter. Ego cuidam quotidianario feci dari. ℥. j. talis pul. cū aqua tepida an̄ horā accessionis cū audissem ab illa dn̄a ꝛ in veritate non habuit accessionē cui tn̄ durauerat per mensem ꝛ ampli⁹. De rone v' ꝙ debeat valere q2 diureticum valde ꝛ est abstersiuum ꝙ patet ex eius asperitate: cū est pul. q2 tanq̄ arena ꝛ per iste credik ꝙ limatura ferri accepta mane cum vino esset ibi bona vel quoq̄uo accepta in cibo vel posset dari sirupus cuz aqua. d. limature in mane si q̄s vellet accipere limaturam ꝛc. idem valeret totum supradictū in tertiana ꝛ maxie in tertiana no. ꝛ adhuc quartana vel erratica vel qualibet difficilis erradicationis ꝛ hoc de milio solis in quātitate. ʒ. s. vel plus s̄m necessitatem.

¶ Capitulū. 5. De causone: emitriteo: tertiana: febre pestilēnali: ꝛ alijs silib⁹.



On solū nos induxit vt ista quasi insimul in eodē ponamus caplo q̄si ꝯsimulando qualitati eiusdē: ſꝫ ēt quia pauca p̄ter scita cōia enunciantur ab alijs ꝛ vt diximus circa principium tractatus istius deficit in se medicus qui tantis habitis curam adimplere nō potest. ¶ Dico ergo ꝙ ad oēs febres acutas vt est causon ꝛ ꝯsiles aq̄ cucurbite assate in furno cū prius postea inuoluik multū ꝯfert. ꝛ sedat sitim ꝛ si detur cū zuc. lenit ven. Sit an̄ t dosis aque ab. ℥. iiij. vsq ad lib. s. ¶ Eosdem an̄t feruores quātūcunq sint maximi: psiliū sicut est i aq̄ die vna vel nocte infusum ꝛ bibituꝝ vsq ad. ʒ. ij. cū zuccharo vel iulep vel sqiniabin illos sanat. ¶ Tollit autem mirifice febrem incensiuam ꝛ causonem: portulaca trita ꝛ cū farina ordei mixta ꝛ stomacho ꝛ hipocundrijs applicata. Ad fe. autē ifantiū q̄ cum multa sunt stipticitate dissoluatur fermentū pistoꝝ in aqua ꝛ dimittatur per duas horas postea colek ꝛ misceatur cū. ℈. s. de spodio ꝛ q̄rta parte ʒ. j. de croco ꝛ. ʒ. j. zucchari ta bar ꝛ et cū aqua: p̄dicte sunt tres res. sedat eniꝫ sitim. ꝛ feb. aufert. ¶ Adducank autez ad hoc caplm plura coꝝ que scripta sunt supra ad ardorē stomaci ꝛ maxime trocisci ibi positi qui etiam cōferūt ad ardorem vrine. ¶ Ricardus de feb. tertiana dixit ꝙ si patiens vngatur ex succo ozimi mixto cum stercore yrundinis sanat. ꝛ puto ꝙ vult ꝙ fiat inunctio ante aduentuꝫ paroxysmi. ¶ Et si scorpio cōmunis ponak in cotila. j. olei i diminutione lune ꝛ ante horaꝫ accessionis vngatur dorsum a sursum vsq ad deorsuꝫ ꝛ extremitates manuū ꝛ peduꝫ ꝛ frons ꝛ caput sanat quotidianam: tertianaꝫ: ꝛ quartanaꝫ. ¶ Et iterum dixit vngule dextre manus visi potate oēm febrem eiciunt ꝛ idem pili fumigati ꝛ portati.

Aq̄ cucurbite.

Psilium.

Portulaca ꝛc.

Ad feb. ifantium.

Succus ozimi.

Oleū scorpionum.

Vngule dextre manus visi.

¶ Nos

Radix camomille etc. Bolus armenus.

¶ Nos aūt in hijs febribus periodicis q̄ sunt de materia calida ppinam⁹ radicem camomille cum oximelle i potu vel cum sirupo acetoso zucchari. ¶ Et mirabiliter q̄dē oēs in feb. pestilētialib⁹ laudauerūt et precipue Gale. boliar. cū vino bibitū multū limphatū et adhuc magis si cū vino et aqua ros. bibatur: imo dixerūt q̄ sic ꝑbibitū a pestilētia preseruat. ¶ Et dixerūt q̄ mirabile est in enut riteo vt det in potu sem puiua et sisimbriū et agrimonia admixto safin al'sasim et aqua maioli celestis. ¶ Et in ethica dixerūt q̄ lac acetosum qn̄ bn̄ digerit et est sine butyro multotiens illam sanat. Operatio autē lactis acetosi est accipe lac capunū mundatū ha bēs bonitatē ex sanitate actualī et gratuitate pascui et extrahat butyrū et dimittat in nocte in aere tēperato et mane agitetur vehemēter et excludat spuma ei⁹. Et nos cōia reliqua finim⁹ q̄rēti q̄ i alijs libris medicine scribūt.

Mod⁹ accetosandi lac.

¶ Additiones.

¶ Quedā mulier antiqua florētie habuit a q̄dam medico salernitano regis Federici q̄ cētaurea pistata et potui data valet ad oēs feb. remouēdas et dixit se pluries expertū: et Nicolaus in antidotario maiori dicit q̄ cētaurea minor febrifuga fel terre idem esse.

¶ In augmento et statu causonis vz. oi die dare sirupū vio. ad bibendū in cui⁹ lib. sit rsoluta. ʒ. j. cāphore rmouet eni putefactionē hu. et haly in cōmēto sup tegni. et ego expt⁹ sū et iueni cāphorā facietē euadere a putrefactōe humoꝝ et ppter eā dedi i egritudib⁹ pesti. et putridis.

¶ Tractatus. 2. secundi sermonis. De variolis et morbillis et ptinet capl'a tria.

¶ Ca. 1. De cura variolaꝝ et morbilloꝝ.



Nos aūt nō posuim⁹ curam febris sanguine q̄ dicit̄ sinocha nisi ppter facilitatē sue curationis in qua etiaz medic⁹ satis grossus errare nō potest: nā sola flobothomia ducēdo ad sincopim si virtus et etas sustinet curatur. Et nos quidem multos flobothomatos ad sincopim subito et perfecte illam curauimus: sed curam variolarū et morbili ponemus qui sequunt̄ illam feb. nō qz possum⁹ ponere aliqua simplicia maxime ꝓlaudata in eis ab auctoribus sicut fecim⁹ i alijs morbis et nostra fuit intētio prima sic intendere in toto opere: sed vt opus istud magis perfectū existat. Et lz q̄dē sint dicta cōmunia que scribent: attamē lōga experiētia sunt visitata a nobis vt ꝑsus cōfidamus i eis. Dicā aūt sil' de eis sicut et auctores medicine fecerūt qn̄ materia est eoꝝ vna lz varie i forma erit eorū similiter vna curatio. Eoꝝ. n. materia vt dixit Isaac est materia acq̄sita i matrice in generatione fetus q̄ diutius est seruata tanq̄ supflua in locis aliq̄bus iuxta cutim postmodū vero mota cōcursu etatis a cōtinētib⁹ cibis et potibus: et motib⁹: et quietib⁹: somno: et vigilia etc. agit̄ a natura vt expellat̄ a corpore quare sepissime accidunt infantibus et pueris minus vero iuuenibus. senib⁹ vero nunq̄ aut eni tāto tempore latere non possunt quin moueatur aut si latet asuefit ei natura vt non de illa curet nec agitet illā ad motū. Dico ergo q̄ si medic⁹ cito succurrat anteq̄ variole. vel morbili appareāt et illa cognoscat futura per signa nota q̄ sunt dolor capitis in initio feb. rumor faciei: turbulentia oculorū: lachryme: grauitas capitis et totius corporis: tremor i manibus: strenutatio: pectoris asperitas timor in somno: vocis rancedo: pūctio in pectore: ac si ibi essent acus isixe tūc flobothomet egrū aut scapellet eū sm̄ q̄ virt⁹ et etas cōsentiūt et sm̄ hoc multitudo sanguis extrahat̄ et dieta vtatur tenui sicut sola ptisana ordei aut lentibus: sint autē lentes cortice suo nō lote si ventris adest stipticas aut sint excorticate. si vē. adest lubricitas. Sit autez pot⁹ ei⁹ vinū granatoꝝ cū aqua aut aliq̄s sirup⁹ stiptic⁹ et sumat isirm⁹ ex hijs trocisis. Rx. pul. ros. rub. spodij an̄. ʒ. v boliar. gūmi arabi. an̄. ʒ. ij. succi berberis: succi sumach an̄. ʒ. iij. seminis acetose excorticati. ʒ. iij. balaustie. ʒ. ij. ß. semis coriādri i aceto ifusi et postea torefacti. ʒ. ij. fiāt tro. q̄rū q̄libet sit. ʒ. j. et sumat cū aliq̄ rob stiptico aut cū decoctione alicui⁹ stipptici. Dosis mane et sero vnus ex eis partis. ij. ante cenā. sic eni cū auxilio dei prohibet̄ euētus eorū et febris sanat̄ aut eoꝝ erit exitus pauc⁹. ¶ Si vero variole aut morbillus iā sint cum medicus aduenit tunc neq̄ flobothomia vtatur neq̄ trocis. predictis: sz aer calefaciendus erit et infirmus cum pannis calidis coopertus maneat et eo

Ex quib⁹ vario. et mor. generātur.

De signis puo. mor. et variolas.

Trocisci.

Cura vario. et mor. apparentiū

Apozima. rum iunetur exitus q̄ fit cum apozimate huiusmodi. R. ficuū lentiū excorticatarum passularum dactilorū añ. coquāt i aqua et colent et ex ea multotiēs sumatur in die: et si febris nō plurimuz molestat addatur ex semine feniculi et lactuce añ. cum aliis. ¶ Cum autē oēs egressi sūt et maturi tūc exiccent et iuuat in decoctione eoꝝ aqua salsa cū ipsa lauant et supaspersio pulueris rizi aut cū radice canne aut cum farina milii que exicant velociter quando conficiuntur cum aqua ros. et liniuntur et aqua decoctiōis ficuū et salis et furfuris rizi valēt in hoc capitulo. ¶ Cū aūt sicci sūt et cortex factus est: tūc sepius i die vngātur cortices cū oleo tepido cū cotto donec oēs cortices cadant. ¶ Qđ si ex principio variole vel morbillus appareāt nigre vel virides vel liuide et dure fugiat ab eis qr mortales sunt.

Variolas exicātia.

Pronosticū

¶ Cap. 2. đ pseruatōe mēbroꝝ i qb⁹ ē dubiū vt variole accidant et cura earum si venerint.

Dico q̄ potissie circa tria mēbra nos opz intēdere in que si morbillus vel variole accidūt est magnū periculū et hec sunt oculi nares: et guttur: ex eorū enim puentu ad oculos perdit visus frequēter: aut oculus albugine defedat. Si vero fiant i naribus obstruit meat⁹ olfat⁹. Qđ si fiāt in gula erit suffocationis periculū. ¶ Preuidem⁹ igit oculis cū passione al's positione eorū q̄ materiā phibēt ad ipsos decurrere de quib⁹ multa sunt dicta superius verū visitata vtilia et experta sunt hec aqua roš. colyrizata oculis et maxime qn in ea dissoluitur sumach aut coriandruz tritum et quidā addunt cortices granatoꝝ et similia imoȝ succus eoꝝ i oculis immissus est vtilis. ¶ Succurrim⁹ cū gargarisinato facte ex aqua et aceto de glutione ei⁹ qñq3 et nō dubito qn frida stiptica et repcutiētia māς a gulla sint vtilia gargarizata de qb⁹ supra cap. de sqnātia est dictū copiosi⁹ et eadē etiam qui guttur preseruant etiā nares preseruant attractio earum fit per nares. ¶ Si aūt appareāt esse in oculis signa variolarū vt puta in nigro oculi appareāt sicut alba et i albo eius appareant sicut rubee. tūc ē pceptū vt ocul⁹ aqua calīa vāporet et deīde imittat ex salmari vel sale aliqđ q̄ si fiāt i narib⁹ vel ore inūgant vnguēto facto ex oleo violato draganto et cera alba. Mucilago autem granoꝝ citoniorum et mucillago psilii cōferunt his que fiunt in ore.

¶ Capitulū. 3. De remotione signoruz que post variolas remanent.

Remanēt cicatrices ex vulneribus vl' vlcerib⁹ variolarū qñq3 sicut ex aliis vlceribus vel solutionibus cōtinnuitatis q̄ cutim maculis nigris fetidis deturpāt. Et ego qđē dico q̄ colorē ipsaꝝ remouēt vlr illā q̄ dicent infra ca. de decoratione cicatricū vulneꝝ vel vlcerū et pprie qn nō sunt cōcaua et etiā valebūt multū q̄ dicent intra. de decoratione. Sz ego quodam medicamie vsus sum cōposito qđ est. R. litargirii abluti radicū cāne sicce: farine ciceris: ossa vetusta: farine rizi tosti. añ. terant et aggregēt et liniat ex eis facies i nocte cū aliquo ex liquoribus q̄ infra dicent: et in mane cū aqua calīa lauet: aut i balneo si est posb. ¶ Cōcauitates aūt q̄ in cute remanēt post variolas sanat cum predictis regimen ipiguatiuū: et nos de hoc si de⁹ voluerit in tract. de decoratione proprium faciemus capitulum.

¶ Sermo tertius vniuersalis toti⁹ operis. De soluta continuitate et apostematibus continet tractatus quinq3.

¶ Tractatus primus tertii sermonis De soluta continuitate: continet capitula duo.

¶ Capitulum primū prohemiale.

Iam secundū Gal. due sunt intentiones sanatiue artis: vna repleto euacuatorum: et alia euo repletorum. Et quia solutio continuitatis est morbus simplex de se: omne autem apostema est morbus compositus et simplex existit ante compositum: ideo primo de soluta continuitate dicemus deinde de apostematibus erit sermo.

¶Cap. 2. De vulneribus capitis et eleuatione cutis a carne.



Scripta memini me promisisse facere capitulum proprium de soluta continuitate ossis capitis in hoc sermone quod presentialiter facio. ¶Et dico quod antiqui ad conglutinandum vulnera capitis cito: dixerunt quod betonica puluerisata supponatur secundo dixerunt huic sermonem quasi fractura est in osse capitis si betonica contusa supponatur loco et sepe emplastrum ex ea renouetur mira celeritate conglutinat et tanta est ei virtus vt ossa fracta extrahat ¶Vulnera autem capitis radix gladioli optime sanat. ¶Concordati autem sunt omnes in hoc vnguento. ℞. succi foliorum lolij partem .i. aceti partes .ij. conficiantur cum melle et dixerunt hoc est approbatum medicamen vbi nimis desiccare oportet in magnis plagis et maxime capitis et musculorum et quecunque sunt infusa per magnum tempus: et ad cicatricem venientia. Et dixit Gal. de eo quod etiam si plage sint vsque ad occasionem est approbatum medicamen. ¶Et dixerunt etiam quod lolium est optimum medicamen. ¶Et dixerunt de myrrha quod a proprietate conglutinat fragmenta ossium capitis: et per huius quaratur infra et in .c. de restrictione fluxus san. in vulnere. ¶Quod si os sit contusum et fractura non appareat fiat emplastrum cum ebulis solis aut cum eisdem mixtis cum melle. ¶Emplastrum nostrum in contusione capitis. ℞. ros. meliloti: mirtillorum: betonice: calami aromatici: camomille: boli ar. aluminis: iameni an. conficiantur cum optimo vino addito modico aceto et melle prius tamen locus cum oleo mirtino inungatur. Ego autem scribo emplastrum mirabile in contusione ossis capitis et fractura quecunque ipsius expertissimum cuius vtilitates dicam post: et debet poni super caput inter duas petias et applicari toti capiti. ita tamen vbi videtur maior contusio ibi cum nauacula fiat profunda incisio vt quod per emplastrum extrahitur locum respirationis inueniat et est. ℞. granorum que inuenimus in fructu palme que dicitur auriculi .i. laurus baurach rubei salis ar. aristolo. cretice .i. rotunde: radicis cucumeris asinini gumi albotim .i. terbentine. an. aur. xx. piperis macropiperis armoniaci: amomi: xilobalsami. an. aur. x. thuris masculi: mirrhe: resine sicce: aristolo. long. oliuum. an. aur. x. lactis arboris mori. an. aur. x. cere aur. xxx. adipis capre. aur. iij. fecis olei de lilio quantum sufficit ad conficiendum medicinam terantur sicce et cribellentur et fricentur vnctis manibus fricatis cum fece olei de lilio. ita vt quod permixta fuerit olla bene reponatur et conseruentur. quidam autem addunt in fracturis mirabilibus carnei et ossibus etiam opanopacibus eius galbani ossis cruris et brachij hominis mortui. an. aur. x. scabiose aur. x. iiij. est enim mirabile suggit enim hoc emplastrum ex omni loco vbi necessarium est et frangit quod necessarium est egredi et extrahit ossa corrupta: et frustulas: et spias: et tela immissa molificatiuis premissis et confert ad totiones membri super membrum et sigillationem vulnerum. seruetur ergo inter precipua. ¶Dicemus autem de restrictione sanguinis vulnerum ex capite infra vbi de hoc in omni vulnere fiet sermo ¶Si autem contigat solam cutim a craneo separari tollatur succus foliorum oliue siluestris: et cum melle temporetur et applicetur.

¶Tract. secundus tertij sermonis. De omni soluta continuitate continet tria capitula.

¶Capitulum .i. de vulnere et soluta continuitate in carne siue sit intus: siue extra.



Circa consolidationem vulnerum et maxime carnosorum mirabilia scripserunt antiqui. ¶Et dixerunt quod omnia vulnera consolidat puluis foliorum gladis siccorum tritorum optime et cribellatorum quando subtilissimus factus superponitur vulneri. Et Sera. dixit se hoc magnum vulnus factum cum ense sanasse Et ego quidem expertus sum in paruis vulneribus et statim sanaui. ¶Omnia autem vulnera que vix cicatrisant sigillata resoluta ad consolidationem est vltima. ¶Cinis etiam cartarum de papiro vulneribus suppositus illa consolidat. ¶Ad eadem autem folia centinodie .i. corrisole prosunt. ¶Dicunt autem quod ad eadem flos tassi barbassi suppositus est singulare presidium. ¶Vulneribus autem malitiosis radix dragontee est optimum remedium. nam mundificat ea et purgat ea fortiter. Preter vulnera autem magna vbi multum exiccare oportet et maxime in capitibus musculorum queratur precedenti capitulo de vnguento facto ex lilio aceto et melle. ¶Et dixerunt de radice spine egiptiace et est suchaa. quod ipsa et proprie semen eius sunt vehementis consolidationis vulnerum. ¶Et Gale. dixit quod similiter

Betonica.
Radix gladioli.
Vnguentum.
Lolium m.
Myrrha.
Emplastrum nostrum.
Os cruris et brachij hominis mortui.
Pul. fol. gladis.
Terra sigilla.
Cinis chartarum.
Centinodia.
Flos tassi barbassi.
Radix dragontee.
Suchaa.

Edera. ederaviridis cocta cū vino ꝛ superemplastrata cōsolidat.icarnat:ac etiā cōsolidat cōsolatione bona immo ꝛ etiā vulnaꝫ incisam. Lapis etiaꝫ frigiꝰ in hoc proprietatem habet. Et dicit Sal. ꝙ etiā caules consolidant plagas. Et dixit Dy. ꝙ vulnera pascētia humida sanat saluberrime lapis frigius ꝛ pater ħ itelligit de stercore aīs flore eiꝰ mixto cū vino. Uulnera aūt magne plage cōsolidat ꝛ apari nō sinit caro sola limaciaꝝ trita. Et Sale. dixit cū corticibꝰ suis ꝛ mixta cū pluere molēdini aut olibano aut thure aut myrra aut glutine añ. cōglutinat eā cōglutatiōe forti et marie ī corpibꝰ duris. Et dixit Salenꝰ ꝙ si esset vulnꝰ qd̄ fit i neruis etiā si cū cōtusiōe sit sanaꝛ inde. Dicūt aūt ꝙ putrida vulnera sanat caseus recēs impositus qñ sibi supponunꝛ folia lapatij vel vitis vel lactuce vel plāta. vel blitis. Et Sal. dixit i q̄rto ꝙ iposuit dicto mō in vulnere mediocris quātitatis recens ipm̄ prius ꝛ supponens folia dicta ꝛ clausit vulnus simplex quidem. Corrosiua aūt vulnera flos ꝛ semen origani siluestris mixta cū melle curāt. Ad pfunda etiā vulnera corrosiua i carnātia dixerūt ꝙ radix cētaure recēs imposita ꝛ trita cū vnguētis incarnatiuis est magni iuuamēti valde. ꝛ hoc Sal. ꝯsensit. Et similiter radix cētauree maioris iposita recēs cōsolidat q̄ si recēs nō habeꝛ prius infundatur. Qd̄ aūt incarnat icarnatiōe forti est pix sicca vulneribꝰ iposita. Brana ēt cū quatingitur trita cum aceto ꝛ superposita consolidat. Qd̄ aūt recentia vulnera etiā cū sanguine suo cōsolidat est virga pastoris applicata ipis. Cōglutināt aūt ea appropietate que est in eis folia ꝛ flores salicis supposita. Similiter aūt ꝛ eadē folia caude eqne cōglutināt fortiter: ita ꝙ ēt ſm Sal. neruos icisos cōglutināt. Replet aūt vulnera carne ꝛ valde ꝯsolidat recētia vulnera olibadū impositū. Et idē facit herba camepitheos recēs iposita. Et similiter folia pini pulueriſata vulneribus. Uulnera āt extremitatū tella aranea cōsolidat ꝛ apostemari nō sinit. Uulnera aūt anteꝙ antiquenꝛ radix ciclaminis sola imposita vel cuꝫ aceto ꝛ melle sanat. Cicatrizat aūt vulnera icorporibus duris es vstum nō lotum ꝛ in hoc est ſm Sal. optima medicina. Si vero corpora sint molia lotuꝫ imponaꝛ. Et dixit Sal. ꝙ scordeō ꝛ est aleū agreste quādo est viride cōsolidat vulnera magna impositū eis. Siccū vero scordeon male morigerata vulnera ad cicatricē perducit vel ad cicatrizationeꝫ. Et dixit etiā ꝙ rutha cōsolidat vulnera etiā si sint in capitibus musculoꝝ. Cōsolidant autē ſm Sal. magna vulnera in corporibꝰ duris folia cipressi ꝛ germina ꝛ bace eiꝰ iuuenes ꝛ molles ēt posita. Easdē aūt magnas plaga spoliū viride existens impositū ꝛ maxime frustruosa eius species. Et dixit recētia vulnera cōsolidant folia vlmi supposita ꝛ cortex etiā eiꝰ exiccatꝰ ꝛ nō innouatꝰ multotiēs. Item dixit magnas plagas ꝯsolidat ēt si sint i neruis radix neuras quā q̄dā polimū aꝛ polimi nō ꝛ ē pitaria vocāt. Et dixit Mes. de hireos. sic ē medinina magna vulneꝝ antiquū ꝛ putridoꝝ mūdificās ea ꝛ generās i eis carnē laudabilē. imo ēt ossa nuda vestiēs carne ꝛ i ħ oēs ꝯcordāt. Et dixit ēt ꝙ sarcocolla q̄ ē medicia sublimis vulnerū recētiū ꝛ antiquoꝝ ꝛ putridorū ꝛ mūdificat ea ꝛ generat carnē in eis ꝛ cōsolidat ꝛ hec est proprie virtꝰ eius. Et hec ꝛ multa predicta lꝫ dictuꝫ nō sit. experti sumus in vulneribꝰ putridis ꝯcauis q̄ etiā multa icarceratione indigēt emplastrū factū ex farina lētiū cū melle: nā sine mordicatione lauat saniē. Et etiā scimꝰ ꝙ si tollanꝛ folia cussus ꝛ ē volubilis maior ꝛ coqnꝛ i vino ꝛ supponāꝛ vulneribꝰ: cōsolidat vulcera magna. Unguētū ex secretis Sal. qd̄ valet in oī vulnere ꝛ expti sumꝰ ℞. olei aceti vini añ. lib. iiij. merda sengi ꝛ est pul. de plumbo vsto lib. ij. ſ. calcecumenon ꝛ est es vstum. ℥. xx. ziniar. ꝛ est viride eris. ℥. xvj. al. ℥. j. ſ. colcotar ꝛ est atramētuꝫ: calcātū est vitriolum corticuꝫ omniū añ. ℥. xvj. al. ℥. j. ſ. decoquanꝛ oleum ꝛ acetuꝫ ꝛ remoueanꝛ ab igne ꝛ ꝓiciāꝛ inter oēs medicine deinde reducanꝛ omnia donec inspissenꝛ ꝛ rubeant deinde vtatur in oibꝰ vulneribꝰ ꝛ apostematibꝰ. Si ꝟo ruptura esset intrinseca tollanꝛ robilie ꝛ decoquanꝛ in vino decoctiōis croci ꝛ ex eis fiat emplastruꝫ super locuꝫ rupture ꝛ vniuersaliter ī mēbris ꝯtusis ꝛ ꝯfractis robilie emplastrate appropietate tollunt doloreꝫ. Ungentum qd̄ a magistro quodam perito habuimꝰ cū quo

Marginal notes (left): Edera. — Lapꝫ frigiꝰ — Caules. — Caro limaciarum. — Caseꝰ recē. — Ad vulnera corrosiua. — Origanuꝫ. — Radix centauree. — Pix sicca. — Brana. — Uirga pastoris. — Salix. — Cauda eqna. — Olibanuꝫ. — Camepitheos. — Folia pini. — Tella aranea. — Radix ciclaminis. — Es vstum.

Marginal notes (right): Aleū agreste. — Rutha. — Folia cipssi — Polium. — Folia vlmi — Hireos. — Sarcocolla — Uolubilis maior. — Unguētum Sale. — Robilie.

san abat omne vulnus et si vulnus erat nimis magnū sueb at illud prio deinde de hoc vnguēto super vuln⁹ ponebat: nō prima die sed consequēter. ℞. gūme lini alexādrini. ℥. iij. resine albe ꝗ ā. olei sisam ini. ℥. j. s. cere albe ꝙ. s. fiat vnguētū semp̄ tñ die prima et sequenti vtebar inunctiōe facta ex litargiro auri oleo ros. et aceto. Jta tñ ꝙ inūctione acetū superet te rrēs litargiriū pmo i mortario et ex alijs nūc de vno nunc de alio addebat vsq̄ ad pfectā cōpositionem et cū hoc phibebat fluxū materierum ad vulnera et apationem membrorum vlneratorum.

Unguentum

Cap. 2. De artritione lacertorum et neruorum.



Ulta sunt dicta in cap. de uh de dolore iūctuaꝝ et mēbroꝝ neruosoꝝ q̄ si ad hūc locum reducā° vtilia apparebunt. Dicem⁹ ergo q̄ huic ca. sūt ppria. ¶ Et ad oēs quidē atritiōes dixerūt pferre betonicā qn̄ ex folijs eius sumit. ʒ. j. cū hidromelle. ¶ Dixerūt q̄ꝙ ad oēs attritiōes neruoꝝ et lacertoꝝ q̄ fiūt siue i medio eoꝝ siue in capitib⁹ pfert decoctio. semp uiue et ꝙ attritiones recētes psolidat. ¶ Ex galbāo āt si bibat quātū granū fabe cū aq̄ vl' vino aut melicrato pfert attritiōib⁹ lacertorū. ¶ Empl'z ēt fcm̄ ex radice rosmarini trita cū farina lolij et aceto mītū pfert ¶ Si āt attritio sit i capitib⁹ musculoꝝ et neruis aristolo. ro. cū aq̄ bibita plus oi medicina pfert. ¶ Si aūt in solis neruis attritio fiat empl'm de limatijs ſꝫ ꝙ supra dictū ē in p̄cedēti ca. ¶ Qd etiā ad oēs attritiōes et ptorsiōes neruorū pfert ē succ⁹ gētiane qn̄ ex eo bibit. ʒ. j. cū aq̄. ¶ Ad oēs āt lacertoꝝ attritiōes: pfert oppoponacū bibi tū cū aq̄ alchitrā. i. ꝟmiū terrestriū et vino. ¶ Jdē āt et i eodē casu assa bibita cū vino grauato rū: ſꝫ cū assumit inoluat i cera et degluttiat. ¶ Camedreos ēt recēs bibitum aut ei⁹ decoctio pfert attritiōi cuiuslibet lacertoꝝ. ¶ Jdē āt et i eodē casu facit decoctio calamēti si ex ea bibat. ¶ Dictū ē ēt supra ꝙ ad oīa mēbra fracta ptusa robilie fracte empl'ate appropetate tollūt dolorē et ꝙ empl'm fcm̄ ex eis et vino decoctōis croci sanat in itrinsecā carnis rupturā. ¶ Ad oēs āt ptusiōes lacerto

Betonica.

Sempuiua

Galbanum

Succus gētiane.

Oppoponacum.

Assa.

Camedreos

Calamētum

Robile.

rū extēsiōes et dolorē pfert olꝫ d̄ reubarbaro iūctū et ēt reubarbaꝝ bibitū cū vino odorifero pmixto vsq̄ ad. ʒ. ij. ¶ Cōfert aūt et ptusionib⁹ empl'm fcm̄ ex radice enule cū folijs ei⁹. ¶ Si aūt ptusiones sint i medio lacertoꝝ fiat empl'm ex radice althee et pfert. ¶ Epitimant āt eodē medicamie attritiōes cū decoctōe caude eq̄ne aut emplent cū illa. Et dicūt q̄dā pudētes ꝙ ē camepitheos et nos q̄dē mīta expti sum⁹. ¶ Et qd fortiter cōfert attritiōi neruoꝝ ē sal qn̄ cū sulfure et melle miscet et superponitur.


Oleum d̄ reubarbaro.

Radix enule

Radix althee

Cauda eq̄na.

Cap. 3. De solutōe cōtinuitatis neruorū et cordarum et eorum passionibus.



Uecūq̄ dicūt de neruoꝝ incisiōe eadē d̄ cordaꝝ itelligāt Ad neruos ergo icisos lūbrici iuēti i terra cū fodit et supositi pferūt iuuamēto manifesto et subito. Et Gal. dixit mirabilr pferūt: nā pglutināt eos terrāt āt fortiter et nō dissoluat vuln⁹ nisi p⁹ tres dies ¶ Et dixerūt ꝙ folia caude eq̄ne pglutināt neruos icisos. ¶ Jdē āt et narcis⁹. i. liliū vehemēt neruos pglutinat et cordas icisas. ¶ Grana ēt cū q̄ tīgit: trita et supposita pfert. ¶ Et sir ꝟmicul⁹ iuēt⁹ in ipa qn̄ cū aceto terit et melle aut cum vino et suppōit pfert. ¶ Ad eosdē icisos et eoꝝ vulnera terrant ostraca cū carne sua et supponāt et ppie cū thure et myrra aut cū puluere molendini. ¶ Et dixit Ras. aucte Gal. ꝙ caro testudinis trita cū puluere molēdini sanat plagas magnas q̄ ad neruum puenerāt et erat neruus attrit⁹ et nō apat⁹ veꝝ i duro corpe fuit et p testudinē intelligit limatias. ¶ Et nos quidē in punctura neruoꝝ et cordarū hēm⁹ expiētiā vt tollat sal et coquat in oleo cū pauca terbentina et ponatur super puncturam. nā phibet ab applesia et pfert spasmo et flegmoni cerebri. Et consilium meum est vt omnino prohibeatur fluxus humorū ad neruos. Et circa hoc habemus expertū vt tollatur farina furmenti et succi iusq̄ami quantum sufficit ad retētionē faciēdam et ex eis tepidis fiat emplastrū. ¶ Sedat etiam et tumorem ipsorum diaquilō in pūcturis neruoꝝ et cordaꝝ subito sedat et curat dolores. ℞. armoniaci lib. s. diaquilō lib. j. thuris masticis ā. ʒ. j. cere citrine lib. s. pficiatur et

Lumbrici.

Cauda eq̄na.

Lilium.

Grana.

Uermis in grana inuētus.

Ostraca.

Caro limatiarum.

Ad puncturas neruoꝝ expertum.

vsui seruet. ¶ Ad inflatos aūt neruos cōfert caro anatis supposita cal. ¶ Confert ēt eidē fel adib. i. lupi sup inūctum & phibet spasmū ne superueniat & ppter frigoris. ¶ Ad apata āt cordaꝝ ius ranaꝝ ēbrocatū ɔfert. ¶ In oī āt cōtusiōe neruoꝝ fiat ēbrocatio cū decoctiōe sumach ɔfert eīs & nō finit apari. ¶ Ad idē ex farina & melle fiat emplm̄. ¶ Cinis āt vinacie cū aceto supposit⁹ ɔfert oī cōtorsiōi. ¶ Et simlr ciclamem more emplr̄i suppositū. ¶ Emplm̄ qḋqꝫ factum ex radice altee extēsiōes neruoꝝ sanat ¶ Et dixit Ras. sepū bouinū & medulla sanat neruos a statu suo motos & molles facit si inūgaṫ eis. ¶ Ad neruos āt dolorosos ɔfert aqua cineris & bibita & iuncta cui⁹ doctrina data ē supra p̄io smōe de cōgelatiōe lactis & sanguinis in stomacho.

¶ Tractat⁹ terti⁹ tertij smōis De his q̄ aparēt ivulnerib⁹ ɔtinet q̄ttuor. cap.

¶ Capl'm primū. De restrictiōe flux⁹ sanguinis fluentis ex vulnere



Sermo erit deinceps de accidentibus q̄ vulnerib⁹ sepe contingūt & p̄io de restrictione san. fluentis a vulnere dicemus reductionem detentionis eius. ¶ Sanguinem autem vndecunqꝫ fluat karabe approprieta te stringit q̄ est in ea. Si autem dissoluanṫ cāphore grana .ij. in succo vue acerbe aut aceto aut aqua myrti aut succo datiloꝝ imaturoꝝ & supponiṫ sistit sanguinē ex vulnere. ¶ Idē āt operaṫ virga pastoris imposita & maxime masculina. ¶ Et galle ēt sup carbones cōburāṫ & extinguanṫ in aceto & sale & supponātur sanguinem sistunt. ¶ Idē facit cinis ranaꝝ ɔbustarum impositus. Et etiam cinis cartaruꝫ de papiro quilibet per seipm̄. licet autē ambo misceātur & etiā cum folijs. ¶ Stercus capraruꝫ dissolutum cū aceto & suppositū sistit. ¶ Idē autem est stercus asini facit vstum & non vstum: sed hos corporibus rusticoruꝫ fiat: vt qualia sunt corpora tales medicine fiant. ¶ Sistunt autem sanguinem ossa bouis vstā & superposita vulneri. ¶ Tela quoqꝫ aranee imposita vulneri sistit san. Et hoc idem facit rasura chartaꝝ capraruꝫ imposita. ¶ Dicit autē q̄ nō sit res q̄ ita stringat san. omnē sicut terra sigillata. ¶ Cōfert autē multuꝫ olibanum in hoc casu. ¶ Urina hominis ēt imposita cum cinere vitis san. fluxū sistit. ¶ In oī autē loco emanatiōis ipsius sistit ipsum oē muscum suppositum & maxime muscum marinuꝫ. Est autē muscū marinuꝫ herba q̄ stat & nascitur in aquis stātibus munitissima & supernatat eis. ¶ Similiter aūt in oī loco retinet ipsum alumen & maxime iamenum. ¶ Folia etiā salicis emplastra ipm̄ sistunt. ¶ Omnē etiā emorosagiam siue intus siue extra sistunt lisimachion & est herba habēs folia similia salici. ¶ Et kirādus dixit q̄ cor pulli vulturis in pelle ligatum & portatū omnem san. effusionē sistit. ¶ Et Sal. dixit q̄ cinis omnium lignorum stipticorum sicut quercus myrti & similium superpositus vulneri. sistit fluxū san. & nullo alio farmaco hoc potēte. Ego autem dico q̄ cinis debet esse lotus. ¶ Et nos in hoc capitulo expertum habemus vt sumatur pix sicca que nulla humiditate sit infusa & infundatur in aspalto iudayco aut in pisse liquida & ponatur super loco de fluxus san. et in ea accedant ignis tollet enim fluxum & oper abitur vt cauterium. ¶ Coriandrum etiam torrefactum & vulneri superpositum illum sistere scim⁹. Queraṫ ēt supra ca. de sputo san. sermōe p̄io. ¶ Ad fluxuꝫ autem san. qui ɔpter ē ex capite dicunt q̄ san. turturis aut perdicis aut palumbi vel turdi recens saluberrime curat. ¶ Et ras. sic dixit si scindatur caput alicuius semper & proĳciatur de san. coꝝum super tellam cerebri magnam prestat medicinam. ¶ Et iterum dixit q̄ san. galli vel galine sit ponatur super frontē tritū vꝫ contra sanguinē fluentē ex tella aut similiter cerebrum galine bibitum. ¶ Cū autē sanguis est ɔgelatus in ventre bitumē cuꝫ bibiṫ liq̄facit. ¶ Experti autē sum⁹ q̄ educit san. coagulatū in vētre & matrie p vrinā ciminū carmenū q̄n teriṫ et bibiṫ cū aq̄ decoctiōis apij: sꝫ de h̄ aliq̄d dictū ē supra. ca. de sputo san. & ēt aliqua vtilia tacta sunt supra cap. de prouocatione vrine.

¶ Capl'm. 2. De ext quādā carne in vlceribus & dolore ipsorum & vermibus.

Caro anatis.
Fel lupi.
Ius ranaꝝ.
Sumach.
Cinis vinacie.
Ciclamen
Radix altee
Medulla bouis.
Aqua cineris.
karabe.
Cāphora.
Virga pastoris.
Galla.
Rana ɔbusta.
Cinis papiri.
Stercus capre & asini
Os bouis.
Tella aranea.

Terra sigilla.
Olibanum
Urina hoīs
Muscū marinū q̄d sit
Alumen.
Folia salicis.
Lisimachiō
Cor pulli vulturis.
Cinis ligni stiptici.
Expertum.
Coriandrū
Sāguis etc.
San. galli etc.
Ad san. i vētre ɔgelatū
Bitumen.
Ciminum carmenum

Breuitas nos inducit vt sim de hijs trib⁹ dicam⁹. s. de cl. quanda carne in vulnerib⁹ dolorib⁹ eo℞: ꝛ in v̄mib⁹. cō tingit eñ q̄nq̄ʒ vt caro sup̄flua nascat̄ in vulnere quā eliq̄re op₃. ¶Et dixerūt q̄dā ꝙ assa i vulnerib⁹ posita carnē eliquar sup̄fluā. ¶Eliq̄t ēt ꝛ sine mordicatiōe flos lapidis esyos al' assiicis iposit⁹ vulneri. ¶Sucud⁹ ēt sup pulueriʒat⁹ illaʒ eliquat. ¶Gal. aūt dixit ꝙ cinis velerū vsto℞ iposit⁹ vulneri tutissime exterminat lētā carnē. Idem aūt pōt cinis alio℞ pilo℞ iposit⁹. ¶Et dixit ēt ꝙ in q̄cunq̄ʒ p̄te corp̄is sint vulnera ꝛ v̄mes fiāt i eis vt frequēter ꝯtingit iponat̄ puluis calamēti ꝛ maxime mōtani: nā interficit ꝛ educit. Sed ad h̄ multa p̄nt adduci dicta supra ca. de v̄mib⁹. ¶Dolorē aūt vulne℞ q̄ frequēter ꝯtingit sedat empl̄ʒ fcm̄ ex farina lupino℞ ꝛ ordei superpositum.

Assa.
Lapꝫ esyos
Succudus
Cinis velerū vstorum.
Ad vermes vulnerib⁹.
Calamētū.
Ad dolores vulnerum.

¶Capitulum. 3. De excoriatiōe ossis ꝛ extractione frustulorum ossis ꝛ alio℞ infixorum carni ꝛ restauratione ossis deperditi.

Sepissime in vulnerib⁹ cogit necessitas vt ossa excorient̄ ꝛ frustula educant̄ ꝙ bonū est scire qualr̄ cū medicinis hoc fiat: ¶Excoriat āt i vna die ꝛ frumēta sepat eufoꝛbiū suppositū ossi sꝫ ꝯmuniat̄ cū ipōit̄ caro circūstās cū aliq̄ cerot o vl' p̄ano lineo ne adurat̄ adureret. n. illā. ¶Corticē aūt ossis citissime eleuat ꝛ incarnat radix paucedani iposita ꝛ est fenicul⁹ agrestis siue porcinus: citissime eñ illū eijcit ꝛ dixit Gal. ¶Si aūt ex radice vitis albe cū vino fiat empl̄ʒ ꝛ supponat̄ ossi extrahit ossa fracta ꝛ hoc tollant̄ radices vitis albe ꝛ coquant̄ i oleo donec dissoluant̄ ex qua applicata ossi fiat empl̄m. ¶Et scimus ꝙ lignū idum q̄d dicit̄ karon al' karix est magni iuuamēti ad fracturas ossium dislocationeʒ: sed de hac in p̄nti ope nō intēdim⁹ loqui multū. ¶Et Kirādus dixit ꝙ ossa q̄ssata sanant̄ dono dei si septem dieb⁹ bibatur ex succo folio℞ vitis albe ꝛ vino albo mixte ante. ¶Et dixit ꝙ fragmēta mandibula℞ attrahūt sine dolore lumbrici terre super positi. ¶Et Ras. dixit quod cancer fluuialis tritus et superpositus extrahit cuspides sagittarum infixas. ¶Ossa etiam: fracta extrahit et omne etiam quod est infixum carni hoc emplastrū superpositū. ℞. radicū hireos siluestris partē. j. floꝛuʒ eius p̄tem tertiā centauree p̄tē quintā fiat emplastrū cū modico melle: hoc ēt sedat dolorē in p̄te. ¶Extrahit aūt spinas ꝛ tutella ꝛ oīa infixa carni radix cāne mixta tribulis ꝛ sup̄emplastrata loco. ¶Eadem autem extrahit caro lacerte superposita ꝛ maxime caro stellionis. ¶Similr̄ ꝛ eandē extrahit mum suppositū loco ꝛ maxime nigruʒ. Est aūt mum sordes fenestrarum apuʒ. ¶Si aūt tota limacia purpurea sicut est terat̄ ꝛ superponat̄ loco extrahit infixa. ¶In lactuca quoq̄ʒ asinina ē p̄prietas extrahēdi oīa infixa. Et Dyx. vocat atusari. ¶Et dixit Gal. ꝙ caro mustelle sicca ꝛ supposita loco attrahit infixa quecūq̄ sint illa. ¶Et sumus experti ꝙ etiā myrra supposita loco infixa attrahit. ¶Et ꝙ oīs aristolo. supposita loco extrahit spinas ꝛ fracturas ligno℞ infixa carni. ¶Solus etiam cortex serpentis superpositus infixa attrahit. ¶Et Aui. dixit q̄d fructus nil proprie cum farina lolij mixtus attrahit surculos spinas.

Eufoꝛbiuʒ.
Radix paucedani ꝛ q̄d sit.
Radix vitis albe.
Lignū idū.
Sucus fol. vitis albe.
Lūbrici terre.
Cancer flu.
Radis cāne
Caro lacerte Mū ꝛ q̄d sit
Limacia.
Lactuca asini.
Caro mustelle.
Myrra.
Aristologia
Cortex serpētis.

¶Capitulū. 4. de decoratiōe oīum cicatricum vulnerum ꝛ vlcerum.

Dico ergo ꝙ ad remouēdū cicatrices carasationū vētosarū vngat̄ loc⁹ post carasationeʒ cū vnguento facto ex maioranavel aq̄ et⁹. Delet aūt cicatrices vlcerū serapinū dissolutū cū aceto quādo sepe fricant̄ cum eo. ¶Ad easdem autem cum sunt nigre fomentatio cum pulegio cocto cū rutha. ¶Has autem delet succus eruce recentis mixtus cum melle ꝛ felle bouino ꝛ illinit⁹. ¶Delentur etiam cicatrices si sepe liniantur cum bulbis. ¶Et dixerunt ꝙ si adipe asini illas inungat redire facit ad colorem corporis sui. ¶Et Kirand⁹ dixit ꝙ fel thauri cum testa oui solutum cicatrices eiusdem coloris efficit ¶Et Rasis dixit quod stercus columbi cum melle vel semine lini euelit pellē super excrescentem apostemati. ¶Et dixit quod stercus galline si cum melle more emplastri misceatur mundat cicatricē q̄ fit ab ap̄ate q̄d dr̄ ignis p̄sic⁹. ¶Si

Serapinū.
Bulbus.
Adeps asini.
Fel thauri.
Stercus colūbi ꝛ galline.

etiã liniant ex corticib⁹ olibani dissolu tis cũ melle delent. Fedas et cutis ci catrices lac illinitũ ꝛ similiter aqua ei⁹ delet. Radix vitis albe etiã abstergit mixta cũ orobo ꝛ fenugreco. Ego aũt expert⁹ sũ ꝙ sperma virile supinfectũ mire dilucidat. Et dicit ꝙ si qñ fiunt ci catrices in vulneribus assiduetur eius infũctio penitus nõ apparent. Et ego dico ꝙ cutis sicut ꝛ oĩa membra radi calia hʒ pmã sui generationẽ a sper mate ꝛ nõ a sanguine erit ergo inter ea occulta proportio.

Olibanum cortex.

Sperma virile.

Tractat⁹. 4. tertij sermonis. De apo stematib⁹ cõtinet capitula nouem.

Capitulũ .1. vniuersale. De aposte matibus calidis ꝛ frigidis in genere.



Cum apostẽa sit repletio porositatũ mẽbrorũ cõsimiliũ sicut dictũ ẽ supra facta pter nãm triplicẽ cura tiõeʒ merebit. Aut. n. p ipul sum ei⁹ qḋ ad mẽbrũ fluit fiet sanatio ꝛ hec cõplebit cuʒ frigidis ꝛ stipticis. Aut p resolutionẽ ei⁹ ꝙ fluxit. qḋ qui deʒ cõplebit p calida ꝛ sicca ꝛ in pluri bus. Aut p maturationẽ cũ ad vlc⁹ per uenerit: opʒ ꝛ nos qdeʒ i hoc caplo di cam⁹ in vñi q cõferũt in oĩbus aꝑatib⁹ ꝛ ꝑprie calidis ꝛ frigidis nõ duris po stea i spãli descẽdem⁹ ad qdã demũ de duris dicem⁹ vlteri⁹ ponem⁹ de vlceri bus sermonẽ. Et dico ꝙ folia mãdra gore cũ polẽta .i. sanic. emplastrata cõ ferũt in oĩ aꝑate: sed me cogit natura auxilij vt de repcussiuis dicã. Et dico ꝙ i oĩa aꝑate repcussiua in pricipio ꝯfe rũt pterꝗ̃ in aꝑatib⁹ emõtoriorũ nulla n. illis ꝯpetũt: piculũ enĩ erit a mẽbris innobilib⁹ ad mẽbra nobilia mãs no cẽtes expellere. Cũ aũt aꝑat augmẽto sui existit repcussiua cũ resolutiuis sint admixta. In statu aũt ꝛ dcĩnatiõe reso lutiua sola ponã tur quare caut⁹ lector distinguat auxilia non min⁹ circa tem pora aꝑatuʒ ꝙ̃ circa diuersitates eorũ. Ad oẽs aũt tumores si fiat empłm ex raffano et aceto, tritis illos aufert ablatione forti. Oẽs aũt exituras cu rat ciclamẽ mixtũ cũ aceto ꝛ melle. Ad oĩa aũt aꝑata cõfert sudor hoĩs exerci tati cũ puluere suo posit⁹ ꝙ si sint mo lia solus imponat ꝛ precipue illis qui fiunt in emũctorijs: illa enĩ oĩa curat.

Folia mandragore.

Cidamen.
Sudor hois exercitati.

Si vero aꝑata sint dura addat sibi oleũ de alchãna vel oleũ ros. Ad oĩa etiaʒ aꝑata ꝛ oẽs pustulas semẽ vrtice cum aqua pluuiali impositũ est maximuʒ ꝓsidiũ. Sarcocolla quoq in more empłi supposita sedat oĩa aꝑata. Omnib⁹ aũt aꝑatibus calidis berberis appro prietate confert. Eisdem autem cali dis confert iuuamento magno ꝛ ma nifeste lẽticula aque supposita ꝛ ꝑprie lenticula aque marine. Ad eandẽ co riãdrũ cũ melle ꝛ oleo ẽpłat. Ad oĩa q ꝙ caĩa siue sint ex: siue intra posita em płm factũ ex solatro est bonuʒ cũ extri sec⁹ est aꝑa. Ad intrinseca aqua ei⁹ bi batur. Et dixit Gal. si flores iesemini infundantur in aqua donec mitigetur vehementer virtus eorum sunt bonuʒ farmacuʒ ad flegmones .i. apostemata calida: Et dixit Rasis ꝙ sterc⁹ homi nis tritum cum rutha posituʒ sup apo stemata corrodẽs carnem sanat. Ad oĩa auteʒ aꝑata putrida caro marino ruʒ ostracoruʒ cõbusta cum aceto ꝛ aꝗ vel cum aceto ꝛ melle mixta cõfert iu uamẽto magno ꝛ manifesto. Eisdem etiaʒ conferunt medicamina facta cuʒ fricatura plumbi de quibus supra mul ta diximꝰ ꝛ dicemus infra quũ de cãcro tractabim⁹. Ad oĩa aũt aꝑata flema tica fiat empłʒ cũ radice cucumeris asi nini ꝛ farina ordei. nã illa resoluit etiã si sint antiqua. Oẽs aũt furũculos re soluit inũctio facta cum oleo ꝛ melle ꝛ sale. Ad oĩa autẽ bothor cõfert cinis alei cõbusti superpositus. Eisdeʒ etiã confert decoctio lupinorũ. Vnguẽtũ ãt nostruʒ ad omnia apostemata calida. Rꝫ. coriandri cerusse litargirij olei rosa. aceti omniuʒ aã. fiat eorũ permixtio bo na ꝛ administret. Experti etiaʒ sum⁹ ad oẽ vlcus ꝛ omnẽ pustulam malam herbam que dicitur herba sancti lau rentij ꝛ alio nomine herba venti quan do coquitur ꝛ applicat loco. Ad om nes etiam exituras experti sumus vt tollantur folia maluasci ꝛ masticentur cum sale ꝛ superponantur aut coquan tur cum in vino vel melicrato ꝛ super ponatur et hoc etiam confert scrofulis sed quum maturationem magis que rimus cum mellicrato coquimus quã do vero resolutionem et exiccationem masticamus cum sale.

Semen vrtice.
Sarcocolla
Berberis.

Lẽticula aq.
Coriãdrũ.
Solatrum.

Flores iesemini.

Stercus hominis.
Ostracha.

Cinis alei combusti.
Decoctio lupinoruʒ.
Vnguentuʒ nostrum.

Capitulum secundum. De formis

ca herisipilla et herpistiomeno.


Quoniam herisipille et formice et ignis persici causa et cura sunt prime: ideo de eis simul dicemus omnes enim sunt de ignita materia ideoque herisipillam curat plantago imposita cum chimolea et puscha aut cerusa. Idem autem operatur medulla panis frumenti trita cum rasura corticis cucurbite recentis et superposita. Ad eandem autem et maxime quando dilatantur de membro ad membrum virga pastoris imposita est una de melioribus medicinis. Radix etiam mandragore multum trita et supposita cum aceto confert multum. Et dixit Auicenna quod rutha mixta cum cerusa et aceto sanat antiquam herisipillam et formicam. Et dixit cinis salicis linitus cum aceto formicam remouet. Emplastrum autem factum ex foliis et semine lini cum vino suppositum confert valde. Ad idem etiam et formicam confert multum acetum bibitum et linitum et etiam prohibet vt non perueniat apostema. Innunctio etiam facta eisdem cum aqua decoctionis solatri et cera aut cerusa et oleo ros. confert. Et in formica sumus experti vt tollantur cortices arboris pini et calcanti ana. et cum oleo mertino fiat emplastrum et loco supponatur. Eisdem autem et igni persico cum farina lupinorum et farina ordei simixta fiat emplastrum quod expertus sum peruutile miscens illas solum cum aqua frigida. Et Sal. quidem dixit quod caules sanant illas: et similiter dixit quod sanant herpetes. Et dixit quod centunodia est herpetibus bonum pharmacum: et etiam aliorum vlcerum euidentissimum vero flegmonosorum et aliorum reumaticorum. Et dixit etiam quod si tollantur albumen oui et fex vini ana. exiccant herpetem et vlcera difficilia. Ad eandem autem sumus experti succum coriandri aut etiam ipsum coriandrum miscens ipsum cum melle et oleo emplastrantes esse vtile.

Plantago. Medulla panis. Virga pastoris. Radix mandragore. Cinis salicis. Caules. Centinodia. Coriandrum.

Capitulum. 3. De antrace et carbunculis.


Et quoniam antrax et carbunculus sunt ex apostematibus calidis et a causa propinqua fiunt qui non differunt nisi secundum maiorem et minorem adustionem sanguinis factam aqua fiunt. Ideo de ipsis dicimus simul. Verum quia mortificatione et cauterisatione indigent que fit cum medicinis adustis: ideo forte quis false opinatur ipsa fieri a causa cali. Dicunt ergo quod assa cum melle et nitro et rutha mixta et superposita est singulare presidium. Et dixit Salle. quod exibile nucis superpositum illos sanat. Aperit autem carbunculos opoponacum cum passulis superpositum. Et dixerunt quidam quod si patienti antracem vel carbunculum propinetur in potu ex radice palme christi illos subito letescunt. Nos vero precepimus vt super eos ponatur ex his. Rx. cantaridarum combustarum alei et saponis dissoluantur cum hoc capitelo. Rx. cineris quercus quo tinctores vtuntur partes. iiij. calcis partes. vi. misceantur et supponantur cum predictis. Circa locum fiat emplastrum huiusmodi. Rx. succi plan. et maluarum ana. inspissentur cum puluere ceruce: cortice pauperis: camomille: agrimonie: farine ordei: et medule panis: et addatur eis ex oleo: et assungia quantum necesse videtur: Erradicant autem antracem: oliue nigre propter maturitatem trite et supposite vt sumus experti. Et expertum nostrum est in hoc mirabile vt tollatur cinis: et in oleo bulliatur et superponatur.

Exibile nucis. Oppoponacum. Radix palme christi. Oliua nigra. Expertum nostrum.

Cap. 4. De panaritiis.


Dicemus autem nunc de panaritiis quoniam inter apostemata cal. numerantur. Panaritia autem ad sanitatem producit solum thus cum melle mixtum vt dixit Dy. Ad eandem autem est vtile emplastrum factum ex sarratura elefantis. Si vero sit vlceratum panaritium: solum aloes tritum superponatur. Confert autem eidem sorditiess quae ab aure foditur. Confert autem eidem omne litium superpositum. Erugo quoque ferri cum vino supposita illis confert quod sum expertus. Liquiritia etiam et succus eius posita sanant et similiter cortices eius triti cum ficubus acerbis et superpositi et maxime cum pennis. Ex expertis autem nostris est et maxime: cum est in radice vnguis est vt sumatur flos vitis agrestis et temperetur cum nigella et superponatur. et maxime cum panaritia sunt in principio.

Saratura elefan. Sordes auris. Litium: Erugo ferri. Liquiritia. Expertum nostrum. Flos vitis agrestis.

Capitulum. 5. De maturatione apostematis et eius apertione.



Olēt ex p̄dictis a͞p͞atib⁹ plura aptione ⁊ maturatiōe in digere circa q̄ ponemus q̄ vtrāq₃ itētionē p̄ficiūt cū medicinis. ¶ Dixerūt ergo prudentes antiq̄ viri q᷑ bdeliū marie ꝯfert in molificādo a͞p͞ata. ⁊ marie q͞d ficculū est. ¶ Ad idez aūt ⁊ etiā maturatiōez faciēdā: sanguis yrci vel vrci vel thauri vł leporis calidus iponaꝛ Et Auic. dirit san. iste calidus post congelationē imponaꝛ. naʒ frigidus ipositꝰ nō maturat s͞z Gal. ⁊ ēt s͞z Rasiʒ. Et addit Raſ. ad sanguinē tauri q᷑ ēt sepuʒ eiꝰ admisceaꝛ. Et sanguis tauri sup dura a͞p͞ata apponaꝛ. Sanguis aūt leporis sup mollia. ¶ Ad apienda oīa apostemata iponaꝛ sempuiua cū assungia ⁊ coriādro trita. ¶ Apit aūt cito ⁊ erpimēto dicimꝰ semen vitice viride cū sale suppositū tritū vbi q̄riꝛ ruptura ⁊ tātūdē de ipso loco p̄ligeꝛ q̄ſi queriꝛ q᷑ apertio magna fiat. ¶ Et dirit Rasis q᷑ caro testudis mirta cum farina ordei ⁊ puluere molēdini aperit ea ⁊ per testudinē intelligit limatias vel ostraca. ¶ Et dirit q᷑ si fiat empl͞m cū stercore galli citrino ⁊ oui i meditulio ⁊ pauco croci aperit omne a͞p͞a i quo est pus. ¶ Q͞d autez aperit dubeles difficilis maturationis est empl͞m factum er radice narcisci. i. liliū albi cū melle ⁊ herbo superpositū₃ Est autē herbus orobus ⁊ robilia idez. ¶ Idē aūt operanꝛ folia suahal supposita ⁊ maturant apostemata difficilis maturatiōis ⁊ inobedictia maturatiōi ¶ Mora aūt rubi cū pane ⁊ melle mirta imposita a͞p͞ata mirifice rūpunt. ¶ Ut in apertionē oīa a͞p͞ata imatura veniant. ¶ Experti sumus vt tollaꝛ stercoris colūbini ⁊ loliȷ̄ a͞n. coquātur in viuo ⁊ superponātur.

Bdelium. Sā. alaliū. Sempuiua Semē. vitice. Caro testudinis: Sterc⁹ galli. Suahal. Mora rubi Expertum nostrum.

¶ Capl͞m. 6. De a͞p͞atibus duris in generali: ⁊ de nodis.



Ranseamus deīceps ad oīa a͞p͞ata dura primū faciens vlēm sermonē. ¶ Dico ergo q᷑ ad a͞p͞ata dura folia oleādri iposita sūt magni iuuamēti. ¶ Dixerūt ēt q᷑ oleū de lilio dissoluit oēm duritiē antiquā a p̄prietate q̄ est in eo. ¶ Idē p̄ſt facere lētes cocte cū aceto ⁊ emplāte. Et nos q̄dez erpti sumus eas d͞coquētes cū aq̄ maria. ¶ Et Gal. dirit q᷑ oēs scli rose duricies cū folijs capparis emplēnꝛ mirtis cuʒ aliq͞ q͞d obtundat virtutē eoꝝ. nā in paucis diebꝰ diaforāt. ¶ Et dirit ēt hūc sermonē ficus pue acerbe cocte diaforant oēs duros tūores: marie āt diaforāt ⁊ ip̄e p̄se cataplasmate. ⁊ talis sūt v͞tutis ⁊ decoctio eaꝝ. ēt ē filis vere: op₃ āt vbi digerere vis triticeā farinā admiscere. Ubi vero diaforare ordeaceā panis aūt i medio eoꝝ est. Scire etiā oportet digerere magis quidē pinguiores. acriores vero ingestu abstergere ⁊ diaforare nate sunt. ¶ Et dirit vtrāq₃ pir posita in cataplasmatibꝰ digerit oēs duros ⁊ indigestos tumores minor recēs emplata mollificat oēs tumores duros. ¶ Et dirit etiā in quarto sclirositates ⁊ durities cōgruissima est adeps leonis sicut ociosissima ē porcina thaurina ē media haꝝ. ¶ Et dirit Raſ. q᷑ cerebrū cerui lenificat a͞p͞ata dura si sint i musculis ⁊ etiā cordis. Et post ipsuʒ est i hoc cerebrum vtilimum. ¶ Et ēt dirit q᷑ cancer fluuialis tritꝰ ⁊ suppositꝰ illa dispergit. ¶ Et idē operanꝛ radices iesemini cuʒ aceto trite ⁊ supposite nā illas sanant. Edixerunt de nodis q᷑ si plumbū superligeꝛ eis: ita q᷑ solū nodū comprimat ⁊ non partes circūstātes spargitur ⁊ dissoluitur: ita q᷑ nodis paruis valde cōfert caro erutiȷ̄ marini supposita. Et dixerunt q̄daʒ si natꝰ post mortē patris sui moedeat nodū ter stringendo bene sanatur patiens: sed hec trāscunt medicinalem scientiam ⁊ cognitionem: ⁊ vt puto sola constrictio hoc facit. ¶ Et nos omnes nodos ⁊ omnes durities dissoluimus sic: tollantur folia cipressi humida aut nuces eius teranꝛ cuʒ medulla ficuuʒ ⁊ superponanꝛ. ¶ Ut autem omnis duricies melācolica resoluatur. R͞. saturegiam ⁊ eam decoque in aceto postea accipe marchasitam ⁊ pone i igne donec fiat ardens: deinde superīfunde illam cum illo aceto: ⁊ cum illa suffumigetur durities. ¶ Ad easdem autem durities ⁊ etiaʒ durities que fiunt post aures tollatur farina seminis lini et tēpereꝛ cum aqua cineris ⁊ superponaꝛ loco. Eius autē descriptio scripta est: supra capi. de cōgelatione lactis vel sanguinis in stomacho. ¶ Cum autez sunt apostemata in principio sue duratiōis tollanꝛ farina frumēti ⁊ farina auene coquanꝛ adinuicē ⁊ supponanꝛ. Q͞d ēt oīa apostemata dura resoluit etiā que

Folia oleādri. Oleuʒ de lilio. Lentes. Folia capparis. Ficus. Pix. Cerebrum cerui. Cancer fluuialis. Radix iesemini. Plumbū. Cipressus.

sunt post aures est emplm̄ nr̄m hoc. R. visci qrani rasure pini cere aā. fiat eplm̄ sequenti aūt capitulo multa reqrant.

Emplm̄ nr̄m.

¶ Capitulum. 7. De scrophulis.



Nunc aūt dicam⁹ de scrophulis q̄ sūt apata dura facta i locis glādosis et ppie circa gulā. ¶ Dixerūt āt antiq̄ q ad oīa apata dura radix affodillorum cū fece vini supponat. ¶ Et dixerūt q solū emplm̄ cū semine lini resoluit scrophulas q si eis addat sterc⁹ colūbinū illas disrūpit imo dicūt q in spargēdis scrophulis loliū comestū vl bibitū appropriatate cōfert q sum⁹ experti. ¶ Et Raš. dixit qđ sterc⁹ colūbi cū mixtū fuerit cū farina ordei et semine lini et aceto et ipositū fuerit dissoluit scrophulas. ¶ Cinis āt vnguiū asinorum et equorum ēt fm Gal. dissolut⁹ cū aceto aut ēt cū oleo iposit⁹ scrophulas dissoluit et hoc ɔfirmat ēt Raš. ¶ Et dixerūt q armonia cū illas dissoluit. ¶ Et lētes ēt cocte cum aceto et emplate illas dissoluūt q sum⁹ expti. ¶ Duritiē āt scrophularum tollit ziniar. i. viride eris mixtū cū aromniaco et ipositū cū licinio. ¶ Idem aūt operat rutha et ppie emplāta regiōi ei⁹. ¶ Folia ēt capparis et radices ēt si misceant cū medicamis ad hoc ɔueniētib⁹ i paucis dieb⁹ spargūt illas. ¶ Et nos qdā i exptis nr̄is miscem⁹ farinā fabarum et pinguedinē galline. ¶ Sterc⁹ aūt capprarū fortiter illas dissoluit. ¶ Qđ ēt eis cōfert et eas augmētare nō sinit ē caro serpētis et ius eius in vsu habita abiecto capite et cauda. Idem aūt pōt et pellis eius suꝑ data. Eisdem valde cōfert caro eritij marini supposita eis. ¶ Et dixit Gal. oēs scrophule et oēs idurati tumores et pcipue in corpib⁹ duris emplent cū stercore bouino et aceto: sit aūt stercus vernale magis. ¶ Et dicit q farina ordei cū pice liqda cera et oleo i istāb⁹ cito sanitatē inducit illa spgendo. ¶ Et dixit Amech suspensio radicis acetose ad collū ɔfert habēti scrophulas. ¶ Et item dixit q si suspēdat pes cācri i charta cōseruatōis a colo ei⁹ q̄ hz scrophulas curat q̄diu durat sup ipsum. ¶ Et nos quidē sum⁹ experti q coriandrum cū farina fabarum et melle emplo facto et supposito resoluit scrophulas. ¶ Ad scrophulas aūt et ad oē durum apa. R. farinā lupinorum mel et aceti modicū fiat emplm̄ et supponat: et hoc ēt corporib⁹ duris in mollib⁹ autem loco mellis ponat aqua sola. ¶ Capil. ve. scrophulis eplatus ēt multū confert et expimēto didicim⁹. ¶ Trocisci ēt de scamonea qui dicti sunt supra cap. de dolore capitis liniti supra scrophulas et ppie cū succo apij aut dauci delēt eas. ¶ Et ex exptis nr̄is pulcherrimis est vt ex succo vitis albe et melle et vino equalib⁹ ptibus sumptis fiat potio patiēti scrophulas et radice ei⁹ et melle. ¶ Adducat ēt a d hūc locum vnguētū factū ex succo ciclaminis dictū supra ca. de opilatiōib⁹ et duritieb⁹ splenis. ¶ Experiētia āt pulchra scio q arsenicū sublimatū sup scrophulas ponat donec corrodat cutis vsq ad scrophulā demū cū stillo pūgat ꝑfūde scrophula i duob⁹ vel trib⁹ locis fm quātitatē ei⁹ et in puncturis īfundant grana dicti arsenici et nūq̄ moueant et loc⁹ desup quacūq die cū assungia porcina epithimet: putrefiet. n. scrophula tota cū folliculo et egrediet et locus postea cura cōmuni curetur.

Radix affodilli.
Semē lini.
Lolium.
Cinis vnguiū asini et equi.
Armoniacū
Lentes.
Rutha.
Folia cappa.
Farina fabarum.
Sterc⁹ capprarum.
Caro et ius serpentis et pellis.
Sterc⁹ bouis.
Radix acetose suspēsa
Pes cancri.
Expertum nostrum.
Emplm̄.
Capil. ve.
Tro. de sca.
Exptū nr̄m aliud.
Unguētū ciclaminis.
Arsenicum sublimatū.

¶ Cap. 8. De cancrenis et cancro.



Et qz cancer et cancrena fiūt a mā melancoliqua et nō differūt adinuicem nisi fm accidētia et nō fm dr̄ia essentiales et dixit Aui. recte possūt noiari et tractari i hoc ca. ¶ Et dixerūt antiqui q eruca gorenia al' geretina optie curat cācros Serap. ꝓo vocat buderēga. ¶ Captaplasma vero factū ex cicere peregrino et melle saluberrime curat. ¶ Et kirādus dicit q cancrū lingue et ꝑtium eius imo marcidam linguam vidit curari solo succo foliorum vitis albe cum melle. ¶ Et Raš. dixit qđ sanguis leonis superfricatus cancro tollit illū. ¶ Et similiter dragontea optime curat cancros. ¶ Oleum autem roš. vel myrtinum vel citoniorū vel aliquod ex oleis fri. fricatum cum pistello plumbeo in mortario plumbeo vsq ad olcorum spissitudinem et superinunctum cancris optime curat et mirabilia sunt et omnia medicamina facta cum plumbo et ego semper inueni vtilima. ¶ Si autem cācer non sit vlceratus liniatur cum tuderi et aqua mellis et est herba nascens in tectis. ¶ Sedant autem do-

Eruca geretina.
Succ⁹ fol. vitis albe.
San. leōis.
Dragōtea.
Tuderi.

